EPISTOLAE
Gullielmi Budæi, Secretarii Regii, Posteriores.



Venundantur Iodoco Badio, cum gratia & priuilegio in triennium.

Gullielmus Budæus Christophoro Longolio.S.



Veris rationem occupationum mearum:ea est quã tu satis per te cõiicere ipse videre:Ratio vitę insolita:molesta:impedita. Neq; enim ignotum est cuiq̃ nedum tibi, huiuscemodi vitam esse aulicam:mihi etiam eo difficiliorem, ꝙ ab eo genere maxime abhorrere cœperã,destinato quoq; proposito & propemodum fixo: si quidem consilii quicq̃ fixi esse posset homini non sibi iam magis q̃ liberis q̃ familiæ q̃ posteritati viuenti, & ꝓpinquorum auctoritati addicto. Verũ casu mihi necopinato excussum propositum est, consiliumq; discussum quãtũuis meditatum nihil minus prouidenti. Vltro enim accersitus ad duorum Regum cõuentum memorabilem,(vt mittam imperium regium)nõ potui eam operam nec debui:nõ tantum œconomicæ rationi aut liberorum spei denegare: aut amicorum etiam cognatorumq; precib9,sed literatorum quoq; causæ communi honoriq; literarum,quarum nomine atq; cõmendatione haud obscure euocabar. Itaq; quum sumptum nõ contemnendũ in eo munere obeundo fecissem,non aliter seruare meum a Principe potui, q̃ vt contra animi sententiam ęre hoc aulico auctorari me sinerem: non illo quidem ꝑsenti, sed in diem(vt assolet) annuam ex pẽsitationum formula

constituto.Multis deinde consiliorum euentuumq; am
bagibus perplexe penitusq; insinuatus,cum me iam
non integri status esse dolerē,alioquin etiā molestiæ
atq; iniquitati inuniuersum aulicę conditionis infen
sus,in pristinum statum asserēdi me impetum haud
ignauum ceperam.aula aliquot hebdomadis carui,
regustans cum licebat studiosę vitę liberęq; suauita
tem.Quū in ea(vt ita dicam)libertatis vsurpatione
agerem,ecce tibi sub id ipsum tempus in vrbem re-
gis aduentus,aulam(vt fit)adeo,mihi quod debeba
tur vt per occasionē quoquo modo seruarem.ibi mi
hi obiectum & exprobratum cauillabunde, ꝙ homo
semianimis vmbratiliq; vitę ineducatus:solem diu ꝑ
ferre laboremq; comitatus non potuissem . deinde li
teris conuiciū eam ob causam fieri cœptū,& in hæc
nostra studia cauilla iactitari,haud dubie ingenia in
musarum sanctioribus officinis perpolita nulli vsui
publice postea esse posse,inerteis illinc hoies simul &
eruditos euadere.q̄q̄ ne euadere quidem eruditos, q
nulla spe elici possent,non proposita,non in manu po
sita, in medium vt prodirent specimen industriæ fa
cultatumq; daturi quas tanto labore compararent,
His atq; huiuscemodi verbis:simul amicorum meo-
rum iurgiis atq; auctoritate adactus: pistrino tandē
aulico me reddidi vultuosum iam & cōfusum:in quo
nunc obnupta pene fronte molam versare videor vt
opinor:non modo seruilem sed etiam asinariam: idē

tidem restitans & ingemiscens, nec proficiēs hilum: homo sine lare, sine libris, sine consilio satis certo, deniq; sine spe reconciliandę philologiæ : quā nondum ipsam plane placatam a diuortio non paucorum mēsium abrupto consilio & pene præcipiti relinquere mihi contigit. Miserum enimuero te inquis & maleuolentibus fatis genitum, qui hoc consilii ceperis, & hactenus secutus sis: vt te veluti cœlo quæsitaq; claritate deiiceres, in tenebrasq; istas conderes Cimmerias. Verum quid facerē tandem potius? quum singularis humanitas Principis ingenio & facundia orisq; dignitate visendi, & benignitas plane regia, validum retinaculum animi mei fuerit, cuiuscunq; etiam alterius remora (haud dubie illecebraq; innoxia futura aliorsum quoq; prorsus euadere contendentis & meditati, qui quidem certe meminisset natalium suorū & imaginum: & charitate teneretur vxoris & liberorum: quā prodere mihi inerter ac destituere videtur: quasiq; suo se genere stemmateq; abdicare: quicunq; familiæ tuæ nomen opera sua virili fraudare non veretur: vt indulgentius de se mereri genioq; suo possit. Nunc autem tametsi honori haberi doctrinæ existimationem ita video vt iure queri nequeam, aut excusare opinione me quod ad hoc quidem attinet fuisse falsum, tamen animus meus sui semper similis, & dulcedine libertatis perfusus, simul inertis huius vitæ insolens & intolerans, in aulæ comitatu quasi ca-

ueola inclusus identidem circũuolitat, effugium ali-
quod quæritãs nequicq̃ nec inueniẽs. Nam cum me
hinc tędium, inde quietis liberalis desiderium ex æ-
quo pene domum reuocent, identidem circunspe-
ctans & oberrans eruptionis locum animaduertere
nequeo duntaxat honestæ & inculpatæ, vtpote qui
omneis transitus occlusos esse pœnitentiæ sentiam.
Quo fit vt veluti quadã pudoris atq; ignominię cin-
ctus indagine, exilium consciscere mihi interdum sus
tineam a musarum contubernio: interdum tanq̃ fa-
natico furore instinctus perfrictam frontem & obdu
ratam impingere in obicem constituam, & claustra
perfringere: obuallatamq; libertatem carcere sic emit
tere. Etenim vir amice per philologiæ tuæ charita-
tem, quid mihi iam auctor es vt faciam? num vt ani-
mo obsequar, qui in hac angustia ac cessatione æstu-
at angoreq; tabescit? At patrocinium publicum de-
seruisse si id faciam per inertiam secordiamq; dicti-
tabor. siquidem ex quo Principi iam iterum palam
multis hoc verbum non dico ore excidisse, sed ma-
ture atq; consulte pronunciatum esse pernotuit, vti
q; posteaq̃ inter feriarum horarum acroamata incla-
rescere aliquantulum ipsi cœpimus: velle se magno-
pere & cupere literis Latinis Græcisq; sedem stabi-
lem Parisiis statuere, & tanq̃ fundamenta iacere mu-
sei Romani atq; Attici: in quo pricipatus sui memo
riam incisam posteritati relicturus est: publicæ expe

ctationis consensus speiq; inde erectæ in diesq; gliscentis, ad me statim doctrinæ elegantioris patrocinium animi destinatione detulit, ad quem etiam eius instituti auctoritatem causamq; imprimis referebat. Eo fit vt si digitum (quod aiunt) transuersum nunc ab aula discessero nisi commeandi venia impetrata, inexpiabili vtiq; culpa obstrinxisse me videar. simul enim apparere Principi desiero, & feruor ille regius & (prope dixerim) entheus intepuerit aut plane refrixerit, vt falsam fortasse gratiam hactenus iniui spontanei Principis instituti, ob id q alere & augere enatam diuinitus voluntatem accurate enixeq; contendi, ita immerita nimirum inuidia continuo flagrabo, si, quod ominari nolim, res agitari cœpta irrita tandem abierit & euanida. Tenes iam (vt arbitror) rationem non tam consilii mei (quo in re tumultuaria & præcipiti vti non vtiq; potui) q̄ casus improuiso oblati, qui me arctissimo ex amplexu philosophiæ rapuit, & in diuersum abstulit late expatiaturum, proculq; omni diuersorio hominum consultorum, qui me securum præstare queant, in gradumq; reponere tranquillitatis pristinæ & euthymiæ. Compone nunc Budæum in Marliano cōmentantem, ad quem tu aliquando adiisti iter agens peregre: & eum qui nunc curis insuetis inter curiosos angitur: cuiq; negocium sæpe facessunt hominum genus haud æquissimum literis, ii qui super hospitia

mãſionatim cõſtituti ſũt: cretarii deſignatores quos Græci appellãt ἐπισάθμους: vt vno verbo abſoluã, q ex gloriæ factitandæ officina tranſiit ad vitã inglori am & nomadicam. expedi etiam conſilium ſi potes amico in inopia conſilii depreheſo, & tanq̃ in ſalebra hęrenti vitæ porro agendę. ταῦτα μὲν οὖν ἀποκεκρίσθω πρὸς ἄνδρα σε τῶν ἐμῶν, ὡς οἶμαι, κηδόμενον, συνιέναι τε γλιχόμενον καὶ καταμαθεῖν πῶς ἔχει τὰ τῆς προαιρέσεως τῆς ἡμετέρας, τῆς ἐξαίφνης κεκαινοτομημένης καὶ παραδόξως ἐπιτετηδευμένης φθασάσης, οὐ μὴν δὲ καὶ παραλόγως. τούτου μὲν δή με τοῦ νεωτερισμοῦ ἄγασθαί σε καὶ τοὺς ἄλλους τοὺς τἀμὰ συγγράμματα ἀνεγνωκότας, οὔτ' αὐτοὺς ἄγαμαι οὔτε δι' ὀργῆς ἄγω, πῶς γάρ; ὅσγε οἶδα τὴν τοῦ βίου ἐπιτήδευσιν εἰς τοὔμπαλιν δοκοῦσάν μοι περιελθεῖν τοῖς ὑπ' ἐμοῦ γεγραμμένοις. οὐ μέντοι καὶ γνώμην γε σύνοιδά μοι μεταθεμένῳ, ἵν' ὥσπερ θείᾳ γε τινὶ τύχῃ κρείττων γένωμαι τῆς δουλαγωγούσης με νῦν ἀνάγκης. καὶ μὲν δὴ καὶ τοῦτόγε ἕνεκα μάλιστ' ἂν εὐξαίμην αὐτεξούσιος εἶναι αὐτὸς ἐμαυτοῦ ἐξ ὑπαρχῆς, ἵν' ἐξῇ μοι ἐπιδεικνύναι ὅτι οὐ βουλομένῳ μοι ἦν ταῦτα, οὐδὲ ἐμαυτῷ συνηδομένῳ. De legato Regio iſtic agẽte faciam ex ſententia ani mi tui, non tua modo ſed etiam eius hominis cauſa, quem noui præter eximiam iuris doctrinam etiam li terarum noſtrarum eſſe amantiſſimum: faciam au tem ita demum, ſi ita occaſio tulerit vt operam illi ti biq; qui hoc iubes nauare poſſim, id eſt ſi in rem prę ſentem aut fortuna me deduxerit, aut eorum conſi lium quibus ipſe munus ſuum promendum apposi

te mādarit. Lazarus homo tibi, mihi, omnibusq; (vt opinor) studiosissimis amicus, iandiu in aula non cōparuit: existimo eum studiis se pristinis reddidisse. quare de eo scribere quod ipse poscis non possum, nisi eundem esse semper ipsum, id est ingenuo animo & voluntate proba & egregia: vt quidem prę se ferre videtur. Quas flagitas tantopere epistolas cum libello de Cōtemptu rerum fortuitarum, statim ad te misissem: si hic venales haberentur, aut inueniri alio modo potuissent: mittam autem primo quoq; tempore, nisi interim aliūde habuisse sensero. Gratum est quod scribis περὶ τοῦ ἀδελφιδοῦ μου Βουδαίου, de quo iam ad te scripsi, & de eius sodali. Quod vero de suppeditatione ἀργυρίου scripsisti, οὐδὲν δέη σοί γε τούτων τριῶν. ἔχουσι γὰρ ἐν τῇ πόλει τὸν χορηγήσοντα πάντα τὰ καθημέραν ἐπιτήδεια & Mediolani nō leuiter viaticatus est iste meus a Prętore Mediolanensi amitino suo. non vult autem pater eius pantolabum eum esse, id qđ mihi vt tibi denunciarem vltro scripsit. ἔρρωσο σὺ, ἐρρώσθων δὲ καὶ λοιποὶ εὐδοκιμοῦντες καὶ παιδία ἢ ἐρωμένη μου πρὸ τοῦ. ἴσθι δὲ οὖν πάνυ ἄπυντά με χολῶν, οὐδέ γε εὐθύμως διακείμενον πρὸς τήνδε τὴν ἐπιστολῶν ἀμοιβήν. εἰ καὶ καταπονούμενος νῦν εἰμὶ καὶ σχεδόν τι κατεργασμένος τῷ συχνὰς ἐπιστέλλαι πρὸς τοὺς ἐξαιρέτους τῶν φίλων καὶ γνωρίμων. Romorantii, postridie Regalium.

Budęus Alciato Salutem Plurimam Dicit.

Literis tuis ſane elegantibus & eruditis vt libentior placidiorq; reſponderem, priorem earum mihi partem tranſmittendã eſſe duxi. Veritus ſum enim ſi reſcribere ratiocinationibus tuis in animum inducerem: ne in contentionem quandam pertinacem & acerbam res tandem euaderet: poſſet autem mihi aut tibi fomitis iræ quippiam decidere imprudenti, quod inflammare ſenſim animos noſtros non nequiret, porroq; fortaſſe in iurgium exardeſcere. & hoc tum comparatum natura in vniuerſum: tum moribus vtentium videmus eſſe quaſiq; iure honeſtoq; receptum: quod vel ore nobis vel cala mo (vt ita dicam) excidit: id quo iure quaq; iniuria tueri vt contendamus, ſi in controuerſiam trahatur. vſqueadeo cuiq; hominum ex ſtudio inclareſcere literarũ ſperãtium, innaſcitur paulatim cupiditas proferendę in mediũ & cõfirmãdę auctoritatis ſuę: quã labefactari tum credimus ipſam, cũ culpã agno ſcere cogimur & deprecari. Quo fit vt inualeſcẽtis contentionis nonnunq̃ ſtimulis perciti probi alioqn homines & morũ elegantia commendabiles, iuris ta men & æquitatis fiducia deſtituti, id cõmittere non grauentur, iniuriam vt tuendam pro iure ſuſcipiãt: eo vtiq; delabente euentu pertinaciæ, ἧλον ἥλῳ quod aiunt ἐκκρούειν vt videantur. Hoc genus oblectandi p

ocium animi adeo auersari ipse cœpi, tum ratione tum experimento cognitum, & plene animaduersum: vt religione me obstringere non veritus sim ac lege in me lata coercere in scriptisq; meis contestata, ne mihi vti eo liceret: nisi in eiusmodi specie quæ mihi veniam ac gratiam huius legis deprecari ipsa posset per sese, animumq; meum ea religione soluere. Cui rei accedit etiam nunc: quo minus tecum velitari argutando sustineam, pugnæq; simulachrũ tentare & inceptare: ꝙ tu impetum quendam certum & compositum ad certamen, producere magis (vt opinor) voluisti: copias vt ostenderes & explicares tuas: sane instructas & compositas apte: q̃ impressionem atrocem cruoremve edituram, facere aut experiri. Veniam igitur ad alteram partem quæ placidã dein frontem porrigit prouocatricemq; beneuolentiæ: & quasi exordientem futuram inter nos amicitiam non mediocrem: quam ideo suauius ipsam frequentiusq; lectito, ꝙ tanq̃ receptui canens pugnacem illam excipit, nonnihil ipsam quidem simile stomachationis habentem. In qua quoniam verborum epistolæ ad Longolium meministi: & tanq̃ haud addubitans vnum te his verbis designatum, inuidiæq; tibi non parum apud homines studiosos & cupidos commentariorum meorũ cõcitatũ: leniter tu quidẽ & cõposite ad placabilitatem expostulas: admonitum te oportet ne vlterius

r. su [illegible]

aberres, coniectura te eo in loco falsum esse, a qua ipsa opinione spero bona ex parte deductum tādē iri: quum alios quoq; nonnullos extitisse eruditos homines resciueris qui eius mei dicti partem & significationem ad se trahere non minus te valeant: cum huius etiam ipsi commentationis munus obire mecū instituerint: gloriæq; inde manaturæ hæreditatem cernere in semissem aut dodrantem conati sint. vt magnopere iam mirari homines non debeant: si ego abstinendum ab ea hæreditate q̄q̄ ære suo constanti, animi mei contentionem esse duxerim, ex qua vix sextantem ad me tandem aut ad familiam meam peruenturū remansurūq; cernebam, aliis tādem atq; aliis hæreditatis petitoribus extituris: aut in partē inuasuris. præsertim cum oculum adiicere animumq; vacantibus aliis cœpissem: quibus ex ipsis cum fortunas meas vberius augeri posse iureq; meliore videbam: tum vero nullum sperabam proditurum qui partem sibi peteret, aut vendicaret inde quicq̄. Verum vt nihil ita munitum est vndiq; & cautione obuallatum humana, quin in controuersiam trahatur, & assertorem interdum inueniat: ita ex asse meo primum apud me nato & educto, vnciæ aliquot laudis mihi decessuræ sunt, si testimoniorum elogia in ea valuerint specie, quā tabulis tātū ꝓlatis disceptari ęquū est. q̄ vtinam tn̄ ipsę olim ita exeant: vt sua auctoritatę atq; dignitate id quod astruxi-

μί ινιο.

mus, confirmatum nobis reddant, perſpectumq; & probatum. Neq; vero partis alicuius diſpendio recuſarim omnem in poſterum hæſitationem eximi in eius rei ſummam quã poſt multarum ætatum memoriam primus ipſe (niſi fallor) in medium retuli. vt iam benignioribus iis vtamur qui aſſenſum nobis ſuum accõmodare grauãtur, non tã id (vt arbitror) argumentis & rei euidentię negantes q̃ nominis noſtri obſcuritati & nouitati. At enim nominatim Alciati memini in epiſtola mea. hoc em̃ video te dicturum. id igitur ne te conturbet, accipe quod ſequitur: & puta a iurato homine eſſe dictum & ſcriptum: qui ne iniuratus quidem fallere aut mentiri ſolitus ſit. τὸ ὀνομαστὶ σοῦ μεμνῆσθαι, οὐκ ἐπὶ κακῷ ἐπῆλθέ μοι. οὐδὲ καταθάπτεσθαι τοῦ ὀνόματος τοῦ σοῦ ἕνεκα ἀζημιωτικῶς. ἀλλὰ πρῶτον μὲν ἵνα παρὰ τοῖς τε πολλοῖς καὶ τοῖς τῶν μετρίων προσποιουμένοις τὴν δόξαν σώζοιμι, ἣν ὁπωσδηποτοῦν εὑρόμην ἐκ τῶν ὑπομνημάτων. εἶθ' ὅπως ἐπιδείξαιμι πάντων τῶν διαλεξαμένων τὸ ἐμὸν ἐκεῖνο ἐπιτήδευμα, μάλιστά σε δοκεῖν εἶναί μοι ἀξιομνημόνευτον. id qđ bñuolẽtię tributũ initęq; dudũ amicitię Auenione, vide an recte tu perpẽſeq; ęſtimaris. ἐφ' ᾧ δὴ νῦν δῆλόν μοι, ὡς οἶμαι, ἐγκαλοῦντί σοι ἀντεγκαλεῖν ἀγνωμοσύνης ἢ παραμωνείας γε. ὃς δὴ τὰ εἰς ζημίαν τὴν σὴν γεγραμμένα, ἀντεγραμμένως ἡρμήνευσας καὶ δυσνοϊκῶς γέ πως. εἰ καὶ ὑπὸ τῆς χρηστότητος οὐδὲν τῆς σῆς ἐπεχόμενος, ὁ θυμὸς σοῦ καὶ ὑποπραϋνόμενος, οὐ πέρα τῆς μετριοπαθείας ἐξηνέχθη. τοῦτο νῦν αὐτό, ὡς ἐλπίζω, καὶ δὴ καὶ τοῦτο αὐτό μοι φρονῇ

σεις αὐτὸσ περὶ τουδὶ τοῦ πράγματος, ἐπειδὰν ὁλοσχεροῦ συνέ-
σιν αὐτοῦ καταληφθῶσ ἐστὶ.porro autem opus derelictum,
quod iam occupanti possidere per me licuit:vt resu-
mam ab integro,& veluti emancipatum reposcam,
in animum inducere nequeo,ne si mihi quidem id fa
cere per eorũ bonam veniam gratiamq; liceat : quos
adoptati laboris gloria manet:quæ meam tandẽ dele
tura est. Nec ob id gratiam falsam & inanẽ a te, aut
a quouis alio inire concupio,queis operis absoluendi
conductione cedo.Nam cum hanc operam libẽs cu
pidusq; adeo mihi remitto, operisq; suscepti quasi
manceps consumationem publice renuncio:tum eo
ratio studiorum meorum institutiq; recentis euasit:
vt si maxime resumere concupiam,tamen nequeam.
cui non procul ipsi modo liberis: sed libris quoq; &
lare familiari plærunq; agere necesse est. Q si quid
iam ad me res manu missa alienaq; facta pertinet:ve
lim in te maxime hoc inceptum transcriptum etiam
fide mea : simul ꝙ idoneum te video qui id præsta-
re possis & implere quod conatus sum,sartamq; ac
tectam Pandectarum lectionem vt hoc sæculo: præ
bere:vnaq; disciplinę iam incultę & squallidę: mũdũ
(vt ita dicam)suũ matrimonialẽ referre:si quidẽ ad
operis iam affecti exasciatiq; præscriptum: cõfectio
nem eiusdẽ atq; expolitionẽ exacturus es.simul ꝙ ser
mone ac testificatiõe virorũ grauissimorũ adductus
qui tibi plurimũ ingenii probi ac singularis merito

fauent:cũ omnia tibi:tum huius etiam ærumnæ gloriam cupio: in homine iuriſconſulto futurã ſplendidiorem. Vale.XVI.Cal.April.M.D.&.XXI.in comitatu Regio.

G.Budæus Salmonio Macrino S.P.D.

EGo ne vt amicitiã vllã (inquis tute nũc vt opinor) poſthac vnq̃ eſſe velim mihi,cũ quiuis homine Pariſienſi? vt vnq̃ fidem habeam homini,q̃libet teſtatæ exploratæq; probitatis, cui quidem certe aulico fieri contigerit ex ſtudioſo? certe nũq̃ faciã, ne ſi præcordia quidem eius introſpicere licuerit:aut etiã exerta & contrectata ad manus æſtimare.Quid autem mereri me velle cenſes aut a te aut ab alio quo piam,vt cum ex ſtomachi mei ſententia tecum delitigaro,amicitiam ſemel tibi non renunciem? Tu vero vt poſſis me aliquando placatũ tibi reddere?non em̃ uero facies,ne ſi aureis quidem mihi ambas cõuitiis audiendis obtundendas dederis,extremaq; perferre exempla non recuſaris amici excãdeſcẽtis.Eia tu Macrine mi:licet ne pauca homini ſic ſtomachanti: equidem merui(ſi ita vis)nec deprecor.ſed tamẽ ſi iſtius animi tui æquitati dandæ veniæ poteſtatem ira tibi inuſitata non abrogauit:oro te & obteſtor aurem vt dextram amicitiæ noſtræ vtendã ne neges tantiſper ſaltẽ dũ cauſam apud te dico:nam alteram nobis obſtruas licebit:quam inconſulte(vt arbitror)famę loquacitati accommodaſti,blandęq; obreptioni ſtoma

tionis inde cõceptę,quaſi a me inter amicos tandem ipſe pręteritus ſis.In hanc ferme ſententiã inſomniũ hoc trinoctio aut inſomnii iſtar ſemiſomno mihi ob uerſatũ eſt, cũ interdiu nõ mediocris ſollicitudo animũ meũ tentaſſet, ob id q͵ menſes iã multos nihil a te ne ſalutatiõis quidẽ vicarię atq; internũcię habui: quẽ in primã claſſem amicorũ retuli,perſpectũ prius & probatũ.Hei mihi miſero:qui toties in offenſionẽ hominũ doctiſſimorũ incurro ob eandẽ hanc culpã fere vnam.amabo te amice cauſam cognoſce:tũ dein de arbitrare an ego capitalis reus ſim.Epiſtolã vnicã tantũ a te accepi poſt tuam ex aula ꝓfectionẽ:eamq; tũ demũ cũ mihi hinc cõmeatũ ad pauculas hebdomadas ambirẽ,actuoſeq; inſtruerẽ.poſt reditũ meũ literas ad te dedi in ꝓuinciã priuato noie dictã: vñ tu ad me ſcripſeras.Quum ea opa defunctũ me erga te pulchre exiſtimarẽ: ecce tibi in aulã aduẽtare rumor attulit maximũ diſpẽſatorẽ aulę Regię(aut ſi mauis vocare Frãcicæ regię decurionẽ:)q cũ ipo te vẽturũ oẽs arbitrabamur:quoad poſt eius reditum intellexi mus alterã tibi prouinciam ab eo eſſe mandatam:& ſimul literas meas neſcio quo gentium in diuerſum exportatas ſatis ſuſpicatus ſum: id quod ante prouidere non potueram. At enim ſtatim debui alteras ad te iſtuc ſcribere.equidem culpam hanc agnoſcere facilius mihi perſuaſerim,q̃ cauſas alias aliasq; excuſare,quæ cogitationes meas deinde aliorſum detor-

ſerunt.tãetſi(vt ingenue fatear)cũ in mentem mihi ſępenumero veniſſet quid mei eſſet officii etiã te ceſ ſante ſilentioq; indulgente:cunctatio identidem (vt aſſolet)deinde obliuio ſubrepſit,alia atq; alia verſan ti in dies emergẽtia.e quibus enata animi ægritudo, non ipſa quidẽ mœrens , ſed tamen a curis oriunda, chartã mihi ſubinde & calamũ tãq̃ e manibus excuſ ſit aut ſubduxit. quibus tamẽ interim ipſis vacatio nẽ nõ diuturnã eſſe huius functiõis paſſus ſum: quã tũ quidẽ manere licuit in oppidis locisq; ad id accõ modatis.tametſi ſi recriminationem in hac ſpecie va lere mihi perſuaderem: quidni hac exceptione ꝙ in eadẽ tu culpa ſis:ſummouere expoſtulationẽ tuã poſ ſim,ſi mecum experiri inſtiteris aut deſertę amicitiæ aut floccifactæ.niſi vero ferocẽ te facit hæc obiectio ꝙ ſemel ad me ſcripſeris.cum interim comperire nõ potueris literas ad me tuas perueniſſe,(vt quidẽ in manus illæ meas inciderunt,potius q̃ redditæ mihi ſunt)niſi ipſe faterer,aut tu meas acceperis . Patiere igitur ſi me audies,eam ſiue iniuriam ſiue aliud quic quid eſt: mutua inter nos aboleri diſſimulatione . id quod vt facias exoratũ te velim per Iani Laſcaris ge nium communis nobis amici,& ſi mihi fortaſſe pe culiaris:a quo literas iam binas accepi Venetiis agẽ te,cum aliquot Diodori libris græcis quos Regi do no miſit.vbi nuncium præſtolari ſe ſcribit e Græcia vnde pueros(vt noſti)acceſſendos mandauit & cu

rauit. Rerum mearum ratio duntaxat aulicarum minus adhuc fixa est, & ex arbitratu meo hominumq; eorum constituta qui ornamentis meis student: q̄ vt scribere nunc tibi ea de re gestiam. Rex hinc iam dies aliquot cum comitatu suo digressus est: incertū an reuersurus. me autem cum paucis aulicarum reliquiarum non tam consilium & propositum: q̄ morbus is detinuit, qui officinam sensuū nostrorum (vt nosti) identidem tētare solet. neq; enim committere me hac capitis habitudine itineribus erraticis audeo per loca satis auia, quæ Princeps venabundus consectatur. præsertim cum annonę inopia agrestes homines inuaserit hac tempestate militari maxime nequitia, agrestis fere copię calamitate. Vale. Diuione, pridie Idus Iunias.

Gullielmus Budæus Ioanni Cochlæo Sal.

EPistolam tuam tertio Cal. April. scriptā ad Cal. Iunias accepi: quæ mihi quidem ipsa cū alias, tū eo iucunda fuit & opportuna, q; literas meas cum quaternionibus quos inspiciendos acceperam, ad te peruenisse iam compertum habeo, quod prius addubitabam. veritus sum enim aliquandiu ne fides mea ea de re obstricta tibi diutius permaneret, cum in mandato tuo peragendo culpam nullam moramve admisissem. Quantum autē ingenium tuum & propositum ex literis iam alteris tuis æstimare potui & perpendere, tute iam ita honestis consiliis & modera

tis animum adiecisti:nihil vt edere statueris eorum quæ acriori animaduersione deprehendisti, quibus in ipsis ætas adhuc ista contagione rudiorum seculorum imbuta hallucinatur,quod non (vt ita loquar) prudenti facundia præillitum sit & medicata, quo æquioribus id animis & libentioribus expendatur ab hominibus qui in manus sumpserint inspiciendum. Quam docendi rationem in publicumq; proferendi quod elucubratum sit intus:iis omnibus necessariam esse duco,qui animos hominum deducere insistunt a receptis iandudum confirmatisq; etiam atq; etiam persuasionibus, in quibus multarum ætatum sensus & iudicium erroris callum obduxit. Neq; enim (vt sic dicam)apud vulgus errore successorio præimbutum & occupatum senatus prius datur hominibus peritissimis de rebus huiuscemodi in medium relaturis:q̃ composita oratio & efficta ad gratiam contumacibus animis obrepserit:auctoritatem sibi ipsa præstruens atq; attentionem, quoad eo insinuarit vsq;,vnde causæ iam fiducia niti ac firmamẽtis potest ad conuellendas bases cæci præiudicii. simul em̃ aures(vt ita dicã)consessus ac populi vacare postulatis cœperũt lõgo interuallo redeuntis quasiq; postliminio veritatis:nulla iã vtiq; præscriptione ne trisæculari quidem aut maiore summouent animi quominus in sententiã trãseant auctoris cuiusq; antiquæ doctrinæ relatoris atq; nitidioris q̃ cui insueue

rint. Siquidem eam esse vim videmus germanæ re-
ctæq; disciplinæ: vbi primũ animi dociles sese quidé
prębuerunt & attentos, eos ipsos vt animos pigne-
retur ipsa protinus: ac dignitate sua auctoret & ma
iestate. cæterum quum doceri fere nequeant ii qui
docentes respuunt insito præiudicio & auersantur:
eapropter vt quisq; nostrum res maxime inauditas
allaturus est, in multorumq; offensionem incursuras
atq; obtrectationem: ita summa prouidere is debet
animaduersione, vt attrectabiles mentes hominum
seseq; indulgentes sibi quoquo modo præstruat: quo
veritas suapte natura non popularis, modestia tum
sua commendabilis sensim illabatur animis. sic enim
futurum est maxime, perceptã vt auctor doctrinam
simul suam probatamq; experiatur & gaudeat. cuius
consilii non pridem tibi vt auctores essemus ipsi, vel
assensores potius & probatores: (vtpote qui nihil
præpropere commentationum tuarum manu mitte
re statuisti) erroris mei pœnitentia sero animaduer
si fuit in causa. etenim sæpe mihi doluit, id me ætate
præcalida & præcipiti commisisse, vt res in eodem
ipso genere nouitate tunc spectabiles & alioqui plau
dendas, nec composite nec populariter ederé in thea
trum q̃ amplissimum. Tametsi nihilo secius id mihi
nec opinato datum est tandem diuinitus, vt argumé
tum haudquaq̃ translatitiũ, inconsulte quidé ipsum
temereq; adeo proditum (neq; enim inficiari queo)

primum ancipiti populo, deinde etiã secũdo steterit & libente. nunc adeo vt ipsum flagitetur iterũ & reuocetur etiam ab ordinibus. id quod etsi nullo meo merito contigisse video, nec eodẽ rursus animum vt vertam mihi persuadere possum ne vrgentibus quidem amicis: auctoribus ac suasoribus permultis grauissimę auctoritatis viris: tamẽ nõ lætabile mihi esse non potest & periucundũ. certe quidẽ si molestũ est ipsum post animũ obfirmatũ diuersam in sententiã: tristitia tamen afficere me non debet. Tibi vero Cochlæe omnia ad hunc diẽ integra esse gratulor: exemplo vtiq; meo imprudentis & pręcipitis aliorũq; quorũdã edocto: res vt suapte nouitate placituras afferas in mediũ: tua insuper moderatione atq; elegantia vẽdibiliores futuras. eiuscemodi porro ingeniorũ cõtẽtione prouinciatim quoq; gliscente, ad decus hac via capessendũ: laudẽq; propagandã erroribus explodẽdis e schola, atq; interim illustranda professione literarũ bonarũ, quis non videt augustæ illius doctrinæ a priscis vtraq; lingua expolitæ, musarum etiam numinis multis ætatibus abrogati: quandã velut apocatastasim breui peractũ iri: in fatis vtiq; ipsam hærentẽ nostrę patrũq; memorię ęqualibus ac destinatis. Qz si recta probaq; ratione inclarescere doctus ille vir institisset, cuius tute in fine epistolę tuę meministi: aut nisi blandientibus incepti primordiis transuersum se agendum auræ populari dedisset, & quoquo ver-

sus rapiendum atq; versandum:non vtiq; in sese faci nus id admisisset, propter quod ab aduocatione (vt vere dicam) bonorum & grauium coronaq; honesti ore protinus desereretur: etiam si (vt fama est) hodie post eum casum quoq; circunfusam trahit turbã: homo nimirum ingenii vt eximii sic impotẽtis: qui cum e peristylio abdito abstrusaq; exedra in scenam sua vi productus esset, primos actus fabulæ mirificos simul & graues cuneorũ plausu & admurmuratione, orchestrę etiam conniuentia & assensu, nonnulla ex parte exceptos, tristi ad extremum catastrophe auersandaq; clusit: ita vt caueæ reclamatione fiducia pręceps, nec sua vi satis ad tantam rem peragẽdam instructa, illicet obruta sit aut certe exacta & explosa. Qui vtinam ipse ad frugem tandem bonam commemorãdũ alioquin ingenium clarumq; reuocare in animum inducat. quod sane plaudendũ erit si cõtigerit, omnibus qui rem literariam recte atq; ordine cõstitutã cupiunt. multa enim ille præclare: acute: mireq; cum paucis animaduertit in parte doctrinę necessaria. Vale vir amice, ac præclare iam exorsa feliciter detexe. Diuione ad aulam. quinto Id. Iunias. M. quingentesi. XXI.

Gullielmus Budęus Thomę Moro Sa.

FAcis (vt opinor) More suauissime non de industria & instituto: sed naturali quadam natiuaq; aptitudine, atq; ex ingenio tuo, vt & scribendo & dis

ſerendo ſimilē te tui ſemꝑ ꝓbeas,id eſt lepidū & ꝑur
banum,etiā ſi eiuſmodi eſſe interdū nec conſtitueris
nec mediteris.Id adeo cū alias tū nuper aīaduertere
mihi ſubiit quū literas tuas mihi Theobaldus olim
noſter nūc veſter reddidiſſet:qb9 ꝓpemodū in ipſis
hominē me mediocris induſtrię,accuratum in negle
ctis:elaboratū in tumultuariis facis:abſolutūq; in in⸗
cohatis.cū tute in cōpoſitis incōdit9 videri nō nolis,
& velut in affectatis & elucubratis ſimilis ſecuro &
diſſoluto.hoc.n.literę tuę ſignificare videnť:cū inte⸗
rim ſtilus ipſe tuus in vniuerſum,non dico ꝑ ſe ferre
anxiam diligētiā(qppe q ductili & quaſi cerea facili
tate ſuccedat)ſed tñ redolere ſcriptitandi certū atq;
expeditū vſum formulamq; videať.Mea vero illa epi
ſtola quā Rich.Imigefeldus vir grauis ac multis noi
bus cōmendabilis legatione hinc decedēs ad te tulit:
cuiuſmodi fuerit nō cōmemini:hoc ſcio,eiuſmodi eā
fuiſſe vt apud me exēplū eius nullū māſerit.Tua aūt
iſta ſiue ironia cōgenita quidē ipſa & cādida:ſiue vr
banitas feſtiua,& figuris innocuis cōdita:ita ꝑ oēm
ſermonem tuū (vt corā ipſe ſenſi) perq; orationem
fuſa eſt:nihil vt minus eſſe te in iis doceas q̄ quod in
frōte epiſtolarum tuarū aliorūq; vocaris.Nam cuius
docti tandem hominis ſermocinatio acriorum ſaliū
illecebris aures colloquentium differentiumq; ducti
tat?Cuiuſmodi ſalibus ipſe etſi breuiter qdē & ſcite
affrictum eſſe me exiſtimare poſſem,ſi ſuſpicax eſſe

vellem, non mediocri tamen lętitia his ipsis literis affectus sum, vtpote qui non nescius sim iocādi tibi libidinē hactenus incessisse, vt in extēporali scriptione argumēti iusti seriiq; vicē tibi suppleuerit: ne nō scribendi officio quoquo modo defungerere. Porro quādo tu me ꝓuocare ad epistolarū vicissitudinē videre in posterū vsurpandā, pacta vtrinq; iusta familiaritatis venia, vndecunq; securę siquid imprudētibus incautisq; exciderit quasi in sinu mutuo fabulantibus procul arbitratu obseruatorū, ne causari alter apud alterū possit scribendi tēpus non suppetere cum tabellarii aut viatores præsto sunt: age quod bene ac feliciter cedat vel accipio vel fero conditionē: in eamq; legem vel libertatis vel licentiæ pactum iā hinc tecū ineo. Legis elegantiæ obseruatricis & stili meditati vacationē mihi posco, donoq; tibi vicissim: in iis quidem epistolis quæ internūcię rerum erunt ad amicitiam tuendā pertinentiū. Ex cuius legis formula agere cū amicis sæpissime ipse soleo, cōmerciaq; arcana transigere sanctioris amicitiæ. Memoriā ad te scribēdi pene intermortuā exuscitauit hōis tibi oīa cupientis singularis humanitas, q tibi has literas redditurus est. is est Catillonius eximia morum suauitate gratiosus, hominūq; beneuolentiæ lactator, atq; inter paucos nobiliū martialiū literatus. quibus rebus accedit anceps vitæ ratio in vestratem ciuilitatem ambigēs & nostratem. Quem cum ipsum natura nostrum na

talesq; fecissent:benignitas Pricipis vestri nobis ami ci & fœderati, semel (vt video) in istū incolatum pi gnerata est. Quo fit vt nullū potiorē nāctisci me pos se putem:quo vtar interprete atq; interuentore tuen dę amicitiæ : quam tecum aliquando coram & cum aliis doctissimis viris clarissimisq; contraxi.ex quorū numero velim vt Polygraphum mādato meo salutes, virum egregia comitate doctrinaq; præditū, ac tibi studio fauentē non mediocri. Vale. Diuione, quæ sta tiua nunc sunt aulę. X. Calen. Iunias.

G. Budęus Fran. Deloino Sal.

CVm mihi ab aula abhorrētī nō minus natura q̄ institut & vultu q̄ animo: magnopere erratica hæc vita grauis sit & molesta:tum eo præcipue ani mū meū vrit & excruciat, q ī offensionem amico rum stomachationemq; impingi ob eam me sentio, cōfertim incusantiū vt degenerem amicum ac mei nunc dissimilē. Q; si qui eorū extiterint quibus scri bendi occasio ita tulerit vt quadātenus satisfacerem, cęteri quia posthabitos sese interpretantur, eo infe stiores in me aut offensiores cooriuntur:prope vt cō sultius sit homini qui vndiq; bene eo audire nequit q quoquo versus intentus esse non potest:vniuerso rum querelis caput ex ęquo obiectare tundēdū, hu iusq; negocii immunitati indulgere: q̄ atrocioribus paucis vti & infensioribus q cōtempti sibi esse vide antur. Mihi vero, quod qdē ad te pertinet, pręclare id

euenisse puto, q anteq̃ expostulatrices literas tuas accepi, iam iterũ tibi scribẽdi officio anteuerteram, etsi tum literę meę ad te nulla mea culpa nõ peruene rant.quarũ etiam ipsarum alteræ (vt nuper ab vxo re accepi) casu interciderunt in vrbe,qđ iustiorẽ vti q; expostulationẽ tuã facit.Quare defensionis meę fi duciã nõ in eo positurus sum quod tu ludibũdus (vt soles) prę̨ripere mihi atq; auferre voluisti.Non excu sabo aulicę apparitur ę necessitatẽ:nõ salutandi offi cia:non principis latus cingendi:nõ aulę deniq; mo re hominũ in vniuersum me venditandi. Non mihi ista,non mihi inquã sed illis in excusationẽ cedant q iusta plenaq; professione nomẽ dederũt in comitatũ regiũ,certaq; & fixa non temporaria & veluti preca ria destinatione animi. quibus euenit ipsis munerũ vt obeũdorũ necessitate teneantur,quæ ministerium quotidianum & obnoxiũ habet adiunctũ cũ assiduis functionibus.Mecũ omnino indulgentius agit aulæ genius:cui ita seruio ipsi,vt tamen obseruari me ocu lis philosophię putem: cui iam me approbare statue ram & inceptabam cũ huc transuersus casu inopina to raptus sum,nescio q̃ auspicato. Ita fit vt cum infi cias ire nequeam:(si mihi olim obiiciatur:) quin ser uitutem seruiam:respondere tamen possim, ita me metipsum addici passum esse,vt tamẽ seruitutis mo dum in potestate semper habeam, etiam si sæpe fru stra ad libertatem respectem: & ad seruitutis impe

ria edictaq; ingemiscam. Q aũt scite, q̃ solerter, q̃ ex pedite deniq; operarum prestatione fungar quas spe ciosa hęc seruitus & ptextata exigit: vt vno verbo rē cōplectar: q̃ integri status esse mediter post eas functiones quæ plęrunq; suggillata relinquũt, quasiq; sti gma inurunt ingenuis incunabulis, non epistolæ res erit si velim edisserere: sed Peripateticę cuiusdam festiuęq; sermocinationis, ne miliaria quidem ambulatione sæpius replicata satis enarrabilis. Interim autē hoc habeto, animo meo obsequi me, potius q̃ aulæ su pra modum me probare statuisse, eiusq; litare numi ni & genio, si tamen hęc vna coire ambo nequeunt, rationi vero meæ & proposito congruenter (vt sic dicam) ineptire aliquantisper: potius q̃ velut in hoc æstu fluctuans iacturam collectę opinionis faciã, vt cõditionem inde vberiorem auctioremq; q̃ existimatiorem probatioremq; referam, pugnante mecũ meo genio, & reclamitante philocalia. absit vt, absit inquã vt hactenus huius mirificę magę philtra in præcordiis meis hęserint. Nec tamē diffitebor nouis me re bus sollicitatũ, afferre ingenio meo ac pudori vim tē tasse nõnunq̃: alienoq; cõsilio psuasum, ac me dedētē amicis, frontē (vt ita loquar) philologicã pfricare voluisse. sed hãc pferre cõsciētiã ecqs possit: q qdē quo quo modo imbut9 philosophię pceptis, ingenuitatis etiã colorib9 tinct9 sit q̃ fucũ nõ admittũt? Aestuãtē igit vultũ abhorrēte ab instituto meo psona exuen-

dum ſtatim eſſe ponendumq; cenſui : quo magis in-
genue ſpirarem vt prius & candide. ſpiritus enim
priſtinos interim ſuppreſſerã temporariũ hoc thea-
trum ingreſſus:tanq̃ tolerare in diſſentaneo habitu
ad aliquantum temporis imperare mihi poſſem, &
ſcenę ordinibusq; ſeruire. Verum o mira vis naturę:
præſertim doctrina legitima quoquo modo politę.ſi
mul enim ſentire vim & agnoſcere impetum temera
ti pudoris cœpi,cuius conſtantiam enixe attentaue-
ram:in religionem ſtatim traxi adultum & confirma
tum libertatis amorem,quaſiq; iam ſeneſcentem ani-
mum emeritarumq; cupiditatum,addicere licenti q̃-
uis magno ſeruituti, ac vinctũ & ducendum (vt lo-
quebant᷑ antiqui:)tradere ambitui.Quid igitur cau
ſæ eſt(inqes) ſi tibi verſari inter homines obnoxios
aulicaq; mancipia ſalua libertate licet : actionum etiã
illiberalium immunem eſſe inter homines operas na
uanteis cupiditati:quin vel amicorum neglector: vel
ocii inertis captator:vel obliuioſus:vel illiterat9:deni
q; tui ſtudioſorũq; diſſimilis in iſto comitatu illitera-
torumq; commercio factus ſis : qui ad epiſtolas pro
more miſſitãdas tãta captus eſſe ſecordia incuriaq;
videare?Per me quidem licet vt horum quippiam exi
ſtimes : ſed amabo te amice magne,quiduis potius
q̃ contemptorem me factum eſſe.ego ne vt obliuiſci
tui contemptim potuerim , cuius amicitiam annos
plus viginti inoffenſa officiorum viciſſitudine colui?

Nosti me (vt opinor) q̄ in hoc fuerim mei semper similis: fere vt rescribere notis iuxta ignotisq; solitus sim: non item vltro scribere, rursus vt nihil minus in potestate habeam q̄ modum epistolarum, cum semel concalefactus pigritiam torporemq; mentis excussi, & ago tum quod agitur vt si quisq̄ alius. Verũ cum sim ego huiuscemodi & cũctator & inertia prędi tus: tu vero & ad prouocandum promptus: & ad inuentionem felix: & ad elegãtiam expeditus atq; expertus præsertim in hoc genere: sub manu ferme vt habeas quæ ad pertrectandos molli (vt dicitur) articulo animos eorũ ad quos scribis delectandosq; ꝓmenda sunt: non tamen officio me cessisse tecũ vsurpando audebis contendere, si epistolarũ mearũ fasciculos recognoueris qui penes te asseruantur, vt mihi aliquãdo ostendisti cum apud te essemus. quibus ex ipsis cũ aliis quas ad amicos eiusdẽ tecũ notæ & familiaritatis scripsi, iustũ ipse volumẽ efficere potuissem: si publicãda duxissẽ huiuscemodi epistolarũ argumenta, quę in secessu lectionẽ deposcũt. Porro q̄d mihi in fine epistolę tuę minitaris nisi ad officiũ rediero: stilũ tuũ ad cotem vel meã vel Erasmi exacuturũ: credo vt veluti asellũ punctitando ad mutuas vices excites, quẽ palpando aut exhortãdo nõ potes: tãtũ abest vt verear, nihil vt magis optẽ in hac specie. Etenim si meo me pugione lacessere cœperis: nõ modo vt cognitũ: sed etiã vt hebetis similẽ eũ floccifa-

ciam.sin Erasmicæ coti stilum affricueris & attriue-ris:latus apertum propemodum præbebo. si tamen petitiones eius æmulabere, placidas scilicet & a pa-læstra decoras raroq; exitiales: quibus ipse etiam consauciatus oblector aut suggillatus: certe quidem non indignor. Nam alioqui ne me tu esse putes im-bellem & exanguem: denuncio tibi periculum haud mediocre si vulnificum stilum exeruero ab æquani-mitatis theca, vbi conditus a me iandiu asseruatur: ex eo iam tempore quo accingi ad ludicram pu-gnam institui, cum res ad verum per nos agi plęris-q; videretur prima statim specie. Quæ istic ru-mor circuntulit de re æraria constituenda vel inno-uanda: vaniloquentiæ magis q̃ constantis famæ fue-runt: tametsi res arcanis hic sermonibus agitata est, & consiliis aliis atq; aliis attentata. Verum cum ra-tio pertrectandę rei & commodius constituendę pa-rum expediretur: ac ne iniri quidem probabili satis specie videretur: consentaneum quoq; exitum id in-ceptum habuit. famam auxit inuidia multis iam an-nis quorundam insolentia conflata. & moribus for-tasse iniquis comparatum est: vt temerarios rumo-res leuibus & obscuris initiis ortos: ordinis non ob scura sequatur suggillatio. gliscens illa quidem pri-mum: deinde pertinax ad aliquantum temporis, re-rum vtiq; nouarum nuncios populo fere excipien-te aure in deterius prona, & cum miras existere vi-

demus hoc tempore inclinationes rerum in omni parte vitæ: tum etiam in hac id hæsit fatum: vt genus hominum olim potens & gratiosum, inuisum esse cœperit & exoletæ auctoritatis: difficultate (vt coniicere est) temporis: & paucorum crimine. tametsi quæ tandem pars reipublicæ tenorem iam suum seruat? aut qui ordo hominum: quæ conditio: quod deniq; genus rerum non suam vicissitudinem sortitum est & expertum? sic est rerum humanarum volubilitas: sic inuida fatorum series nihil diu beatum esse sinit & stabile. sed spes hominum impostriculæ, trabali ea clauo fixa esse persuadent, quibus iam ipsis fatum imminet & impendet. De rebus meis si habuissem quod scriberem: ista non attigissem. nec tamen non habeo quod sperem etiam si nihil compertum est. Nosti (vt opinor) aut audisti publicarum iam curarum summam in bellum esse propensam: quod in sæcularem propemodum cladem animorumq; peruicaciam commissum esse creditur. præpotentium enim imperiorum æmulatio mutua, iam annos aliquot fomitem contentionis aluit, longe lateq; exarsuræ qua fines modiq; protenduntur immensarum virium. Deus diuiq; tutelares omnia nobis secundent. Vale. decimo Calen. Maias. M.CCCCCXXI, in Aula.

Gulielmus Budæus Francisco Deloino Sal.

NIsi me extorrem esse patria penatibusq; existimassem Deloine doctissime: nunq̃ (vt opinor) sustinerem in eam vel moram vel incuriam incidere: quam propter si mihi amicitiam aut certe scriptitandi inuicem consuetudinem renunciares: iure id te facere haudquaq̃ abnuerem. sed scilicet deploratius nihil est, nihil prope dixerim profligatius homine, cui spes domũ reditus abscissa esse videtur: larisq; salutandi familiaris anno saltẽ vertente. Hinc enim protinus amicorũ memoria: æqui boni reuerẽtia: deniq; omnis officii ac decori ratio excidit: & pro iis incuria subit cum inertia tristi. id quod mihi vsu venisse aliquãdo in hoc vitæ genere: ex vsu amicitiæ tuendæ nostræ ac retinendæ erit, si tibi persuasero: qui alterũ iam mẽsem pene exactũ literis meis expectationem tuã fraudo. Q̃ si etiã etiãq; consideraris cuiusmodi sit huius instituti conditio, in quod incidisse me magis q̃ obtulisse meme nosti, veniã mihi habendã vtiq; existimabis. quodnam enim certum & constitutum munus tuendæ suauiter & fruendæ amicitiæ expectes ab iis qui nulla in parte vitæ cõstitutas vices habent? nõ in somno: nõ in lucubratione: non in victu: non in cultu diuino, adeo qui recte atq; ordine hic constituere vitam conetur, cum perditas iam vitę rationes aut cõfusas habeat: similis videri possit ei qui in Euripo nauem agere posse cõfidat sedate ac com-

posite.siquidem vt negociis ociisq;,curis incuriaq; vi
ta nobis pmixta est & implicita:sic rursus soluta phi
lologię olim nostrę legibus:omniumq; ciuilium mu-
nerum,& bonis moribus congruentiũ vacationem
habens,legitimã propemodũ & concessam hominũ
grauium opinione. atqui cum in hoc conuentu ho-
minum quibus vita institutis informata huiuscemo
di cordi est:pronas iam vitæ partes actitem : nec in
infima classe censear: nulli(vt opinor) minus me q̃
mihi ipse probo.vt qui animi mei partes nec pure iã
vrbanas esse sentiam: nec q̃ satis est ad vitã hic tole
rãdã,tã esse factas versicolores. Quo fit vt cũ bellus
homo interdum & aulicaster esse meditor,tam inde
cora vt coniicio conspicua sit in habitu oris mei dis-
crepantia, q̃ esse solet in histrione cum actio abso-
na est personæ & incongrua. Plæraq; enim mihi hu-
iusce modi & speciei esse arbitror in munerũ obno-
xiorum functionibus:quas ratione nulla certa & me
ditata & e dictatis magistrorum petita: sed ex tem-
pore & occasione obeo:obuia quidem ipsa non quæ
sita anxie & affectata:ex hominumq; potius qualita
te q̃ personarum aut fascium:in quos forte incurro.
vsq; adeo philologiæ meæ consuetudine iugi & assi-
dua obduruit animus,& tanq̃ contumax factus est
aduersus imperia conuersationis huius aulicę ab illa
abhorrentis ,in qua sensus communis rudimenta po
sui:quasiq; tyrocinium ætatis iam consultę peregi.

Proinde si stomachari cœpisti: aut in me iam oblo-
qui quasi candorem in me pristinum non agnoscas:
cogitato puro iam te amico & simplici vti non pos-
se: qui eam artem factitat (tametsi nullo prope suc-
cessu) quæ miscellum genus hominū efficit & ver-
sipelle. A pagesis inquis hanc disciplinam mores ho-
minū adulterantem: quę candorem & syncerítatem
amicitiæ extorrem iam e schola sua fecit. profecto
(vt video) nihil fugacius simplicitate ista morum,
cum limē illud imposturę supergressa est. Quid age
rem igitur potius, aut quid instituerem: quando sic
agere in eo conuentu, nunq̄ non operę fuit precium
& palmarium? Quemadmodum porro qui præcipi
tio haud exitiali lapsi sunt nec opinato in locum cir-
cūstructum aut obuallatum: aliquantisper sensibus
capti, deinde ad sese redeūtes, mirantesq; casum suū,
circūspectant omnia, siqua erepere cōmode valeant,
& se in gradum restituere: haud alia ferme ratione
e statariis ipse actibus vitæ & cōpositis, imprudens
deuolutus sum in hanc (vt ego quidem spero) phi-
losophiæ digressionem, vt quispiam fortasse dixe-
rit, expeditionem ambitionis multum tumultus ha-
bentem: in qua nunc deprehensus identidem æstuo.
quippe hic mihi casus instar quoddā turbidi lapsus,
aut certe descensus pene præcipitis e gradu securio
ris fuit conditionis, in campum stationis huius ini-
quæ & obstrictæ, quibus in statiuis primis quidem

ſtipẽdiis tyrocinium quoquo modo peregi.ad quod ipſum tolerantia ægre quidem in quiete adultum & deinde virum factum,ſed tamen vtcunq; me perdu xit.alteris cum proniora iam omnia mihi viſum iri promitterem:vſuq; molliora:& ſpes me illa deſtituiſ ſet:ære pene dirutus ſum,cum domeſticæ vitæ deſi derium vltra ferre nequirem . Cui etiam incõmodo acceſſit diſciplinæ non cuilibet perceptę & compre henſæ ignorantia , cuius haud dum ſatis præcepta theoremataq; tenebam:citra quorum peritiam, in opinatiſſimæ cuiuſq; incommoditatis ac difficulta tis impreſſionem perferre vix quiſq̃ poteſt . Id vero quoniam exordium longius repetendum: narratio nemq; longiuſculam poſcit non forenſem ſed cubi cularem:in poſterum quidẽ eam,ſed perendino lon giorem reiiciam:quãdo is cũq; futurus dies eſt cum ambulationes ſuaues iſtic tecum pagere licebit mo re noſtro.Quẽ tamẽ ipſum diẽ cogitatione interim geſtienti nonnunq̃ præcipio,præ impotenti deſide rio rerum domeſticarum & vrbanarũ. Nunc id tm̃ laboro,mihi vt acrius ſuccẽſendi conſilium in diem illum ipſum proroges,præſertim quum ſuſpicari at ꝗ etiam audire potueris , me bonam partem eius temporis quo obliuiſci tui videri tibi poſſum , cu ram rerum mearum anxiam quidem illam & men tis auocatricem in contubernio habuiſſe cum ægra valetudine , Nuper vero publicarum difficultatum

contemplatione priuatas curas premere cœperam & consopire. quæ quoniam ipsę diuina benignitate leuiores fieri in dies cœperunt: diu contractum animum diffundere sensim & explicare scriptitando lectitandoq; constitui, quantum quidem mihi ocii & commoditatis in castrensi comitatu dabitur. sed illud dicere quoq; non ausim quanto tempore e cœno illo existere turbulentiæ possim, in quo diutius fortasse q̄ par erat pro re nata conflictatus sum: homo vtiq; non insolens rerum incommodarum. Qui abiectas a me fuisse vitæ huius consectandæ rationes ob mediocrem ad scopulum vnum aut alterum offensionē: & prope conculcatas: inficias ire nequeam: quas aliquandiu etiam recolligere neglexerim, cum manus adiutrices vltro aliquot mihi homines porrigerēt gratia atq; auctoritate pollentes: qui rebus ipsi meis consultum cupientes, verebantur ne familiæ pignorũq; meorum detrimento bene atq; indulgenter de animo meo mereri iterum obstinarem. Ex quo etiam facto pudori meo nota perpetuo hęsisset vel morositatis vel inconstantiæ: cum nullam satis dignam causam vel comminisci possem aliam, ab iis quidem, a quibus capita rerum manāt: quamobrem missionem flagitarem intempestiuam. cum hoc etiam ꝙ validum vnum & alterum retinaculum habebam, remoramq; animi alioqui gestientis & impotentis. Itaq; hactenus illam

eluctando stomachi contumaciam profeci animi im perio & rationis: vt iam callum ducere cœperim in prçcordiis, aduersus huiuscemodi hebetiores noxas nõ nisi tyrones animos acerbe exulcerantes. Tu velim vt quiduis potius in me criminis cõiicias, aut tecum ipse suspectando cõminiscare, q̃ desertæ aut incuria transmissæ per longum silentiũ amicitiæ. Vale ad Remos oppidum celebre. duodeuicesimo Calen. Octobrium.

Gullielmus Budęus Iacobo Tusano sal.

FAcile mihi quod scribis persuadeo, excitatam in animo tuo omniũq; studiosorũ esse miram animi alacritatẽ ex pollicitatione regia in gymnasiũ instituendũ nuper facta: quæ literis meis innotuit. qua de re etsi nihil postea nec actum nec dictũ est, nõ dubito tamẽ rẽ tandẽ euasurã quo speramus, nisi quid secus publice aut mihi priuatim acciderit, iisq; qui eã dem in causam mecũ incumbere cœperũt. Ita enim est liberalitas pronunciata palam multis, vt cũ Principe agere non veriturus sim cũ primũ dies actionis cesserit. q̃q̃ cessisse diem puto, etiam si nondũ venit hora cõmoda. neq; vero omniũ sunt aut dierum aut hebdomadarũ huiuscemodi sermones, in quos nisi forte fortuna oblatos nostra incurrerit opportunitas & obseruatio, tanta res semel optineri nõ poterit, & vt ita dicã huiuscemodi rogatio perferri. Sunt alia nunc quę intentionẽ nostrã distinẽt negocia, & ratio

rei exordiendę atq; ita instruēdæ vt omnes in ea partes necessariæ constent, mature versanda est animo & consiliis agitanda (super eo enim commentari nos Princeps iussit) ne cum in rem præsentem ventum erit, imparatos aut non satis meditatos ad causam tantam agendam venisse sero pudeat ipsos ac pœniteat. simul egregiam Principis voluntatem sensim augere & intēdere (vt arbitror) operæ erit precium, admirationemq; literarum bonarum alere & tueri, cuius incunabula quis in regiā attulerit olim vt spero non erit in obscuro. ἐπειδὰν γὰρ τὸ πρᾶγμα, ὃ ἡμῖν ἀνῃρημένον, μέχρι τοῦ πέρατος φθάσῃ διαπεπραγμένον, καὶ ἐν τῶν καλλίστων λόγου χαριέντων σπουδῆς καὶ ἐπαγγελίας, προσδοκίμων δόξῃ τὴν ἀπίθανον ἐκείνην καὶ ἀφιλόκαλον φιλοσοφίας. τότε δὴ τότε κατάδηλοι γενήσονται οἱ τὸ καλὸν καὶ ἀξιομνημόνευτον ἐπιτήδευμα τοῦ βασιλέως εἰσηγημένοι. πρὶν δὲ τὸ πρᾶγμα ἐκβῆναι, καὶ κατεργάσασθαι τὸ προαιρεθὲν ὑπὸ τοῦ ἐπαγγειλαμένου, κρεῖττον οἶμαι τοῦτο ἀποκρύψασθαι. ἐπεὶ τὰ πλεῖστα τῶν ἐγχειρημάτων, ἐκ τοῦ ἀποτελέσματος πέφυκεν ἐκ τοῦ ἐκβεβηκότος εὐδοξεῖν ἢ μή. καὶ οἷον τῆς τύχης τὰ ἆθλα βραβευούσης οὐρανόθεν ἀξιωθείσης, τῶν ἀνδραγαθημένων καὶ ἐπαινετῶν, οἱ καλῶν ἔργων ἐνάρχεσθαι ἐφθακότες, ἐξήρτηνται τοῦ ἀποβησομένου, μέχρι τοῦ τέλους μετέωροι καθεστῶτες. δέον εἰ τὰ τῶν ἀνθρώπων ἐτύγχανον εὖ νενομοθετημένα καὶ καθεστηκότα δικαίως καὶ προσηκόντως, τῶν ἀξιεπαίνων γε ἔργων ἐγκωμιοῦντα καὶ τιμὴν, οὐκ ἐπὶ τῇ τύχῃ κεῖσθαι, τῇ ἐπηρεαζούσῃ πολλάκις καὶ λυμαινομένῃ τὰ εὐβο-

ρῶς καὶ ἐπιεικῶς ἐπιτετηδευμένα. ἀλλὰ ταῦτα μὲν διαιτᾶν τῷ θείῳ καταλίπωμεν, τῷ πάντων αὐτεξουσίῳ. Vale. Ambasiæ. xii. Cal. Decembris. M.CCCCC.XX.

Gullielmus Budæus Gullielmo Maino sal.

DE Draconis ægrotatione quod ſcripſiſti, ideo mihi gratius ac iucundius fuit: quod antea intellexerã grauiter eum febre periclitatum: etſi reſciſſe me diſſimularam. Qui ſi nunc certo valetudinem colligit: feliciter & commode actum cum re mea familiari eſſe cenſebo vt debeo. ſin humanitus quippiam pubeſcenti iam acciderit: magnopere imminutum mihi argumentum fatigandæ ætatis iam procliuis ad quietem tranquillitatemq; ducam, cum ſupparem nullum habeam eiuſdem ſpei ſuccidaneum, in cuius educationem cura atq; expectatio mea protinus tam propenſe incumbat. ergaq; alios mares quonam modo affici debeam nondum ſatis conſtitui, quando indolis ſpecimen mihi non perinde præbuerunt, quod vnum mihi acre incitamentum eſt amoris in liberos præter commendationem ſanguinis & naturæ, quam non niſi tranſlatitiam habeo vt debeo. οὐ δὲ γὰρ ἐμὲ ἡ ὑπερμεγέθης φιλοσοργία εἰς τοῦτ' ἐξαγάγοι τοῦ ἄγαν ἐμπαθείας, ὡς διαπράττεσθαί τι ἐκπρεπῶς αὐτοῖς, κἂν τύχω ἀφορμὴν εὑρόμενος, ἢ πέρα τοῦ ἀξίας αὐτῶν, ὃν δὴ διαπεπραγμένου ἐμοὶ

ἂν μέλλοι μεταμελήσεσθαι, ὥσπερ οὖν τοι ἐνασχημονήσωσι τοῖς ὑπὲρ μείζοσιν ἢ κατ᾽ ἀξίαν αὐτῶν. καὶ μὲν δὴ καὶ τὸ ἐπ᾽ ἐμοί, οἱ μὲν ὄνοι, ἐπισεσαγμένοι ἂν διαπλέσθαι σκευοφοροῦντες. οἱ δὲ ἀξιοπρεπεῖς, διακεκοσμημένοι φαλάροις φέροιντο, ἀποτυρισὶν ἐνωραΐζεσθαι πεφυκότες. ἡ σὴ δὲ ἐλπὶς καὶ τάχα ἡ εἱμαρμένη ἡ σή, ἀμηγέπη ἐπιπέπλεκται σὺν τῇ τῶν μαθητῶν σοῦ. ἡ δὲ δὴ ἐκείνων, τῆς τύχης ἐξήρτηται τῆς ἐμοὶ ἐπαιωρουμένης. Interim facito vt Draco det operam pleniorem camœnis cantricibus: vt vires recreando eadē opa proficiat in summā doctrinæ qua eū excultum volo & expolitū. Vale. Trecis, peruigilio diui Marci.

Guilielmus Budęus Claudio Roberteto sal.

EX literis quas ad patrem tuum nuper vnas & alteras dedisti: facile est cognitu tibi tantopere nihil exoptatum esse & propositū: q̄ dignū te tandē vt filium tāto parente exhibeas. Cuius certe voti imprimis cōmēdabilis si fide (vt ita dicam) bona reus es: vt esse te ingenii tui candor cum epistolarum fide nō dubie testātur: animaduertere id te operę est precium: tam tibi hoc obuiū esse & expeditum atq; instructum: (vtpote qui & dotibus animi a natura: & paternis copiis pręditus sis a prouidentia & beatus vt si quisq̄ alius: quibus rebus subnixus peruenire eo possis vbi voti damneris:) q̄ futurū id ipsum est decori atq; notæ, si quibus vestigiis vir ille suę fortis hominū longe pręstantissimus parens tuus: viā tibi.

laudis honorũq; fungendorũ præiuit: ea tute vesti-
gia per inertiam atq; ignauiã nõ secutus esse videa-
re. Ecquis enim vnq̃ puer ex quo ætas nostra memi-
nit, fuit: qui huiuscemodi indole pręditus cum esset,
tot talibusq; naturæ adminiculis atq; fortunæ adiu-
tus & suffultus: ad glorię honorũq; fastigiũ scande-
re & eniti neglexerit per vestigia patris? Ecquis quẽ
pręeuntẽ parentẽ sequi piguerit: per explanata iam
omnia ac pręmunita glorię face liberis suis prælu-
centem? Parens tuus illustri loco natus: tãtũ sua vir-
tute industriaq; creuit ac gentem vestrã auxit: vt pe-
natium suorũ fundamenta iecisse & substruxisse exi
stimetur: non modo eos excitasse in hanc altitudinẽ.
vsqueadeo maioribus ille suis tametsi per se claris, te-
nebras offudit atras incrementis in ea sorte inusita-
tis & ꝓpe inauditis. Huius tu Claudi maximus na-
tu filius, nisi hęreditatẽ claritatis eius primo quoq;
tẽpore cernendã tibi duxeris: nimirũ quasi exhæres
tãti nominis, ignominiosam tãtũ possessionẽ bono-
rũ eius habebis. Quare tibi enitẽdũ est, in hãcq; vnã
curã vehemẽter inuigilandũ: dũ pręmõstratorẽ insti-
tuendę vitæ patrẽ habere licet: vt tempore tuo vta-
ris: in aduẽtantẽq; magni nominis successionẽ pro-
pensa vt instes cõtẽtione. Sic enim fiet, nihil vt remit
tas tibi operę atq; vigilantię cui ætas ista tenella fe-
rẽdæ esse possit. quandoquidem prætermissæ occa-
sionis asseclam esse pœnitentiã mœrentem consulti

homines nouerunt & prouidi. Quo autẽ ęquius ac libentius laborem hunc perferas curriculi breuis atq; hoc tempore frequentis & complanati: qđ nec tibi alioqui magnos sudores pariturũ est in plena rerum omniũ suppeditatione, singulariq; parentũ indulgentia: fratrem tuum Franciscum non comitem modo (si bene eum noui) sed etiam socium passusq; adæquantem habebis. Vale, & parenti tuo approbare te frequentibus industrię documentis enitere. Diuione XVI. Calend. Iunii.

Gullielmus Budęus Claudio Roberteto sal.

EX tuis literis cognoui monita mea grata vobis fuisse, & studiũ prope vestrũ ab integro instaurauisse, quo studio ad lautiorem nitidioremq; doctrinã incũbere cœperatis auspicatis omnino exordiis: vt stilus sermoq; vester iam excultus ostendit: quos etiã ipsos coram nõ semel allocutus sum. Nihil aũt mihi perinde iucũdũ est, q̃ quũ audio & mihi ipe persuadeo, ꝑmultos iuuenes ingeniosos exẽplo mei adductos, & admiratione captos, non quidẽ doctrinę, quę mediocris vel etiã aliquãto minor est, sed studii inusitati & antea inauditi apud nostrates homines, nihil iam ipsos antiquius habere, nullam curam præuertendam literarum bonarũ disciplinę ducere, ob quã nos arbitrãtur, ne domi quidem & in patria satis notos absq; hoc insigni foret: claros iam etiam apud exteros euasisse, ac per ora ferri hominum con

ſcriptionũq; argumenta. Qua in re cum delatã mihi famę benignitate laudẽ quaſi palmariã cũ corollario animaduerto, primũ admirari ſoleo iudiciorũ nõ tã æquitatem ſeuerã, q̃ arbitriũ quoddã propenſum & tanq̃ ab indulgentia corruptũ. (nam alioquin vnde mihi tot puncta homini terra recẽs enato? quod qui dem ad hoc ſtemma pertinet, cuius ego principem imaginẽ genti meę emeritus ſum.). Deinde delatũ honorem hactenus agnoſcere, mihiq; eo noie fauere ac gratulari, quaſi iuuentutẽ in Gallia noſtra ætati meæ ſuccreſcentẽ: nomẽq; meũ olim atq; etiam breui ex albo interlituram: aut certe ex ſummis verſiculis ad imos ſummoturam: acuiſſe primus citra controuerſiam dici atq; exiſtimari merear, & acuiſſe ad iſtam nunc feruentẽ contentionẽ, exemplo a me prodito ſi recte res perpendatur. niſi ſi laus rerũ pręclare inſtitutarũ, auctoribus earũ primis ideo nõ debetur, q͵ docilis atq; ęmula poſteritas, eorũ pręſcriptis animum adiiciens, res tñ incohatas aut exaſciatas (vt vtar verbo comici) ad vnguem expoliuit, aut elimata tandem pręſtitit in medium & probauit. In id porro tempus Claudi mihi dilectiſſime, cum tu vna cum germano tuo Franciſco egregie ſtudioſo incurſurus ſis: quo tempore acriũ ingeniorum contentio honeſtiſſimi cuiuſq; ſtudio & fauore ſubnixa, huius iã profeſſionis fines honoriſq; nõ modo prorogarit: ſed etiã excoluerit ad nitorẽ vſq; exactũ & abſoluerit:

videndum vobis est etiã atq; etiã, non modo vt pro
puerili nũc vestra, sed etiam pro virili olim parte eni
tamini, operã conferre in medium ad cohonestandũ
& confirmandũ ordinem literatorũ. quem vtiq; vide
re est iamiam futurum amplissimũ, vt quidem certa
tim coeunteis ingeniosos adolescentes cernimus, cu
pide ac strenue partes facturos aduersus istos igno-
rantiæ patronos, pinguis Mineruę cultores & hirco
sę, iam ex scholis illustribus explosę (vt videmus) &
detractæ obtorto pene collo. Ad quã causam fouen-
dam & amplectendã, si vos quoq; grauiter & pronis
incumbere pectusculis institeritis, cum eo q parenti
vestro in eam expectationẽ intento & vobis instãti,
huius & sequentis vestrę ętatis functiũculas officia
q; approbaueritis: ex cuius indulgẽtia omnis spei ve
strę pendet ratio & firmamentũ: vobis etiã ad viam
olim tuendi amplificandiq; per summũ decus patri-
monii, imaginesq; gentis clarissimę magis ac magis
illustrandi, viaticũ accommodatũ copiosumq; cõpa-
rabitis. Vale. Diuione. VI. Calen. Iulii.

Gullielmus Budęus Francisco Roberteto sal.

HEsterno die ad cœnam (vt interdũ soleo) apud
patrem tuũ iueram: semestri prope interuallo
hominẽ inuisurus de me magnopere meritũ: a quo
variis interim de causis distractus erã: præcipue ve-
ro ob aduersam eius valetudinẽ. ibi mater tua inter
matronas primores honoratissimo loco habita: quę

nuper in aula esse cœpit vt viro charissimo morem gereret : epistolã tuã mihi reddidit sũma hilaritate. quæ cũ grata mihi fuit ipsa ideo & iucũda, ꝙ obseruantiæ in me tuę notas habet idoneas ac supra pueritię captũ legitimas : tũ vero in ea admiratus sum & exosculatus eximii ingenii indolem,ad elegantem vtiq; doctrinã lepidãq; facũdiam breui tempore euasuri:si quidẽ post primarię istius doctrinę rudimenta gradũ tibi liceat ad vlteriora promouere: discipliną ingeniorũ perpolitrici operã dare aliquãtisper & iusta plenaq; incũbere intentione.Nã quæ trãslatitiis (vt ita dicã) animis & quibuslibet naturis ardua sunt & magno sudore superãtur:ea ipsa feliciorib9 ingeniis tuiq; similib9 primũ leuiter accliuia: deinde plana, & ad postremũ prona videntur esse. tum quidẽ pręcipue,cũ veluti stimulis quibusdã liberalibus:sic igniculis obortis acuuntur ingenuę atq; impigrę cõtentionis, ęmulę existimatissimi cuiusq;, atq; longissime ante alios in curriculo literario emicantis.Vsqueadeo autem volũtate ista egregia tute cũ fratre tuo Claudio mihi vos approbatis : mei vt officii esse ducam,id quod epistola tua flagitare videtur:ad eãq; obseruãtiam pertinere qua parentem tuũ merito eius prosequor: in vobis quidem pueris alere ac tueri inualescentẽ sensim ad egregia studia procliuitatem:in parentibus autẽ vestris consultam ac moderatã indulgẽtiã:quã prudenter ipsi quidem

non tã naturę blandientis instinctu, q̃ industrię ve-
strae certa quadã cõmẽdatione in ista etiam aetatula
gratiosiore suscepisse mihi videntur. Proinde vobis
quoq; etiam etiãq; vidẽdũ: quã parentibus amicisq;
expectationẽ primis his ab annis excitauistis:quod
veluti specimen pręstantium animorũ hactenus edi
distis: ea ne cõmittatis tandẽ vt destituisse videami
ni:collectãq; in studiorum tyrocinio gratiã ab omni
bus etiam nedum a parẽtibus initã: per incuriã ab-
iecisse. Cuius suspicionis notulam etsi in ore ac mori
bus vestris nullam omnino impressam esse cẽseam:
admonitos tamen vos oportuit a me:vt officio per-
functus esse viderer pro ea qua parentẽ vestrũ obser
uantia beneuolentiaq; prosequor. Vale, & cũ germa
no tuo certare discẽdi contẽtione pergito. Diuione.
XVI. Calendas Iunii.

Gullielmus Budęus Frãcisco Roberteto S.P.D.

FRuctum nõ modicum (vt video) Francisce mi ex opera non ita valde magna recepi ac percepi cũ literas paucorum versuũ tanto tibi vsui fuisse videam & confirmationi animi, vt egregiam istã contentionem ad literas elegantes perdiscendas, suapte sponte in dies ardescentẽ, nouo quasi spiritu afflato excitarint ipsę vehementius & inflãmarint. Qui etsi cupide ipse agnoscere nõ soleã testimonia famae maiora q̃ vt ipsis assensum (vt ita dicã) accõmodare cõsciẽtia mea possit, quę mihi instar est testiũ mul

torũ locupletum omniq; exceptione maiorum:tamẽ libens equidẽ facio vt epistolam tuã plenã ingenuorũ spirituũ lectitẽ,quæ cũ obseruãtia mei atq; admiratione implicitã habet etiã æmulationẽ quãdã,generosam sane & acriorẽ q̃ pro ætatis captu,euasurã q; tandẽ (nisi augurio animi fallor) ad bonã aliquã frugẽ eruditionis solidę & singularis. Siquidẽ egregia voluntate & ingenio pręstãti quo te natura donauit,quasi quodã iugo rerũ duarũ imprimis homini cõmodarũ,animũ omnibus artibus ingenuis excolere poteris annis his melioribus & omni cura liberis,qui immunitatẽ habẽt munerũ ciuiliũ: quibus vtiq; vobis iãdiu parens vester magis q̃ sibi ipsi fungitur:vir in prima sorte hominũ q̃existimatissimus: & idustria sua cõditor nois celeberrimi. Tibi vero & fratri tuo vt oia ad tuẽdã huius nois hęreditatẽ exoptem votis pene cõceptis : eius ipsius patris vestri dexteritas felix officiosaq; effecit,cuius merito sũma quęq; nomini ei9 gẽtilitatiq; cupio:si tñ maior semet ipo esse potest q ad summũ fastigiũ priuatę fortunę euectus est.& tñ quo impẽsiore vos amore ꝓsequar, causæ illi paternę accedit alia etiã causa q̃ ꝓpria est vobis atq; peculiaris,nõ itẽ vt alia a patre ꝓfectitia: morũ scilicet & igenii idoles sane eximia & gratiosa apud oẽs hoies virtutis amãtissimos,cui9 ipa idoles velut icunabula ac rudimẽta tenet. Qñ vero ita tulit ętatis meę rõ,vt amicitię colẽdę officia obseqorũq;

vicissitudo pro captu & sorte vtriusq;, mihi cũ patre vestro potius obtigerit q̃ vobiscũ, vnũ vtiq; aut plureis olim vobis liberorum meorũ quasi succidaneũ amicũ sufficiam, qui vobis (vt spero) si non eodẽ ingenio & profectu, at certe eodẽ studio literarum respondebit & paria faciet. id q̃d ipsum eo pertinet q̃d circa finẽ epistolę tuę postulasti. Vale, & mihi matrẽ tuam saluta q̃ appositissime, quã nuper hinc proficiscentẽ salutaui. quę tibi quidẽ ipa ac fratri testis esse potest quantũ ego vobis fauere apud vtrũq; parentem solitus sim. Diuione. VI. Calen. Iulii.

Gullielmus Budęus Claudio & Francisco Robertetis salutem.

EPistolę vestrę sane disertulę ac supra ætatis captum sententiosę & limatulę, inertiã mihi forsan exprobrãt aut supinã obliuionẽ vestra opinione. id adeo vt instar quoddã interusurii debere vobis videar pro mora temporis q̃d intercessit postq̃ rescribere epistolis ipsis licuit. Atqui cũ expectatio vestra gestiens in diesq; intenta, hoc meretur vt ne diutius frustrari desideriũ istud vestrũ sustineam: tũ id etiã poscere videtur ac postulare amicitia & familiaritas quã cum parente vestro, eximio quidem ipso viro: & apud primos secundos tertiosq; ordines gratioso honoriq; imprimis habito: initã merito eius habeo: semelq; contractam esse spero & coalitam. iustam quidem ipsam legitimisq; vicibus officiorũ compactã:

cuiusdam

non temporariā & fluxā,id eſt e moribus aulę cōfla
tam:qđ genus hic fere coitur inter hoies rerū ſecun
darū aſſeclas,emigrante ſubinde fortuna nunciū re-
mittētes amicitię.quāq̄ in hoc quoq; comitatu iuſtæ
interdū germanęq; ineūtur amicitię:tū vitę cōſuetu
dine inolitę:tū animorū ad eadē ſtudia inſtitutaq; cō
ſenſu.qđ neceſſitudinis vinculū in hac (vt ita dicā)
ambitus honeſti moribuſq; recepti expeditiōe,qđdā
quaſi cōmilitiū &(vt fert locorū anguſtia) nōnunq̄
cōtuberniū aſtringit certius & cōtinet.Beneuolētiæ
vero mihi cū patre veſtro cōſtitutę cōſciētia,idētidē
me admonet qd mei ſit officii in tuenda ſtabilienda
q; neceſſitudine cōmoda ſane atq; honorifica rationi
bus meis. quā ita inſtitutā ipſam iter nos tacitis(vt
aiūt)cōuentis,ab honeſtateq; & vrbanitate dictatis
nō neſcius ſum:vt in vſurpāda fruēdaq; viciſſitudine
officiorū atq; p̄ſtationū vterq; noſtrum ſuis modulis
(vt dicit̃)atq; ſuo pede ius ſuū metiatur: vſumq; &
fructū amicitię ꝓ captu ſuo habeat.Quare quū ipſe
in ordinū receſſione nō modo mediocris ſortis ac no
tę hoies & p̄ſtet & lōge anteeat,ſed etiā in ſup̄mo or
dine atq; in actu rerū ſummo eximio loco numeroq;
habeat̃:in quo in dies floreſcere vi animi induſtrięq;
ſingularis atq; inuſitatę viſit̃ & credit̃: canoſq; iam
enaſcenteis & ꝑſerpēteis per ſummū qđq; decus ni-
re cohoneſtare:par eſt vtriq; ipſe vt meminerim,fami
liaritatē mihi quæſitā cū eo auſpicato(vt ſpero) &

Nota

q̃ū.

confirmatã,cultu atq; obsequio liberali ac sorti meę consentaneo retinendã esse & vinciendam. vt illi vicissim fortasse videndum est:beneficentia mihi atq; suffragatione recte præstandis & rependendis ipse vt famæ suę consulere sibiq; constare videatur. Porro autem quum inter pignora quæ ei varia & copiosa Prouidentia summa contulit benignitate, nulla antiquioris curę esse animaduerterim illi & chariora, q̄ ea quę ad generis nominisq; propagationẽ in posterum data sunt:libens vtiq; vt debeo faciam ex rerum occasione temporisq;, vt corã iuxta atq; absens hortamẽtis & monitis (quãdo alia re nequeo) egregios conatus vestros impetusq; generosos ad viam capessendam paucis ordinis vestri tritam aut proculcatam, cõfirmem & dirigã. Qua parte rerum maxime bene de ipso parẽte vestro & sedulo merendo, paria facere aut suppari certe possum cũ iis q̄ ipse causa mea pro re interdũ nata & cõtendit & efficit. Quapropter cũ quippiã culpę in eo a nobis admissum erit:apud patrẽ potius q̄ apud vos purgandum me habebo, cũ ipsi ꝓbare me officii exhibitione magis q̄ vobis aut cuiq̄ laborẽ. In quo ipso negocio prȩclare mecũ agit, ꝙ cũ ille rationẽ occupationũ mearum norit aliquãtulũ, oculisq; interdũ arbitretur: nõ magnopere causas cõminiscendas quas excusem habebo. Enimuero quantũ ipsa mea hortamenta animis vestris sederint & hęserint:literæ vestræ docu

mẽto esse possunt. ex iis enĩ facile est intelligere vnã illam pene cogitationem, aut imprimis certe iugiter q; versari & redundare in mentis vestræ domicilio: nihilq; præuertendum ei curæ & cupiditati vos ducere: quam in vobis felix præcipue natura atq; animi constitutio, genesim quandam sortita inclytã & magnificam: deinde æmulatio nostri cõmonefactione adiuta, pepererunt & aluerunt. Quo velut intestino ac perenni stimulo vos adactos, atq; ad cursum encyclopędiæ incitatos, nullus iam secordiæ scrupulus, nulla ardui incepti & operosi remorabitur reputatio: nusq̃ retrorsum aget pœnitẽtia, quominus aut languidius viam illam ire contendatis, qua iuuenes doctrinæ lautioris cupidi, ad editum illum gradum euadunt, vnde gnauissimo cuiq; aditus est ad arcem Palladiam conciliabulumq; paucorum, quos literarum gloriam facultatum iactura liceri censusq; imminutione non pœnitet. cuius viæ priscas orbitas, situ & carie vetustatis iam exoletas, citima nobis sæcula strenue ac feliciter interpolarunt, vt propemodum ad instaurationem iustam cum via Latina iam etiam peregrina venerit. Inde vos vel propere vel mature aliquãdo digressos vel egressos, prout commodum patri visum fuerit, aut res aliqua necopinata tulerit, altera vos via exceptura est: plurimis ipa q̃dem & conuenis viatoribus frequẽs, quã vel popularem, vel regiam, vel militarẽ licebit vt appelletis: sed

in qua nō vt turbę pedestri & promiscuę æstuandū vobis erit. vtpote quos paternę fortunę gestatoriū supra cōmunis ac mediocris sortis fastigiū subeuectū sit,& in principes cōfestim ordines classesq; selectas collocaturū.Proinde macti ista voluntate:isto proposito: ista rerū omniū cōpetētia prolixa & copiosa ad id qđ in animū induxistis:viā hāc alacres strenuiq; deo beneuolēte ingredimini, quā meis quodā modo auspiciis inire nūc videmini: occasioneq; nūc data dū licet prolixe vtimini: ne si vos cōsiliū patris e re ita nata sumptū,e primo mediove cursu necopinanteis reuocauerit: vitio vobis vertať q; vt segnes aut quasi exanimati in primo ꝓcursu restiteritis: & statim a carcerib9 vestra cōtētio elāguerit.Q; si p̄sētis alacritatis tenorē infractū ad pauculos annos seruaueritis:fore eqdē recipio,existimationeq; mea cauere nō renuo,vt īde vos egressos hoim primariorū fauor & plausus in publicū ꝓdeūteis ilico excipiat: faustis etiā ominibus vox publica lętisq; prosequať. Deinde cogitatio vos illa & meditatio acris subeat, in aulā iā penitiorē admissos & adoptatos (in quo hoim p̄stātiū fortunatorūq; domicilio nō statario parēs vester gētis suę penates lōge lateq; metatus est, ad fastigiūq; excitauit) quonā modo primo quoq; tempore in paternā ipsi classem subeuntes illustris nominis hæreditatem patrimonio luculento subnixam tueri exemplo eius possitis:atq; etiam pro viri

libus porro cõmendare posteritati. Ad quã animi de stinationem atq; obfirmatioñe eximiis dotibus prædită & instructã, acuit vos (vt video) ęmulatio philologię nostrę: quod nobis periucũdũ est. tametsi ge nii eius (vt ita loquar) obscuritatẽ ignobilitatemq; agnoscam, quippe cuius incunabula & rudimẽta tã exilia fuerunt & fortuita: eoq; tm̃ nomine cõmemoranda q; nullis elementis aut certe inanibus constiterunt: pudendos vt natales & premẽdos huius professionis habuerimus. vtpote p̃ceptoribus ac sociis studiorum destitutos: omniq; instrumento atq; adminiculo hac via euadendi: e numeroq; multorũ nominis mei eximendi. Quarũ rerum aliarumq; facultas: copia: opportunitas cum vobis prę sto sint & obuiæ vt si cuiq̃ studiosorum: mactos vos olim fore pueri mihi dilectissimi, elegantiore doctrina splẽdoreq; nominis auguror & pronuncio, qui tam pronis nunc pectusculis ad id decus aspiretis & incũbatis. Quos cum eodem sanguine satos pari quoq; amore eodẽq; prosequar: ęquis propemodũ passibus adolescentiæ primę curriculũ ante annos ineũteis: vna etiã epistola salutãdos nũc duxi & adhortãdos, quo magis animos vestros germanos & vterinos etiã hac communiõe cõsociarẽ. Valete, & Philippũ Esmeriũ p̃ceptorẽ vestrũ colite, quẽ de facie mihi ignotũ plurimũ de institutione vestra amabo si in officio perstiterit & incepto. Trecis, postridie Calen. Septemb. M.D.XXI.

Gulielmus Budęus Ioanni Calueto Sal.

QVo magis tuā paucorūq; sortem animaduerto: qui vitā hāc quā nūc ago exosi in secessum se receperunt trāquillę vitę desiderio: eo incōmodius de me meritā fortunā existimo ac dictitare soleo, q̄ me necopinato in hoc pistrinū impegit improba & alligauit, vnde vos (vt arbitror) soluti libere nūc agitis. Verū vt iis demū sentire vim numenq; libertatis ac recte eā colere & venerari contingit, qui in seruitutē imprudētes abducti, sero eā requirūt, cœlūq; nequicq̄ votis fatigant aut querelis: & vt qui tēpestate abrepti sunt in altū cū nausea & pauore, melius iam nosse cœperūt quāto certius & beatius erat sinuosis sese velis & prolectāti ęquori nō cōmittere: ita cū ętate iam ingrauescēte, & a morbo quoq; nō leuiter affecta, in conditionē hāc dedititiā aut nexum fortasse non illiberale addici me passus sim, acerbiore vtiq; desiderio nūc afficior trāquillæ vitæ ac studiosę, qua me ipse abdicasse haud satis auspicato videor. In qđ ipm genus vitę nō tā iudicio certaq; destinatione arbitrii, ac vitę recte instituēdę ꝓposito, rationes olim meas flexerā & contulerā: q̄ fato quodā peculiari delapsus sum primū & irretitus. Nā (per diuam ipsam huius instituti prędidē) qđ consiliū capere tū poterā & confirmare ad eā vitā capessendā, quū nullū suasorē, nullū auctorē, ducē deniq; nullū haberē aut sociū, ne comitem quidē & sectatorem, vt tum fuisse nosti.

mores aut audiuisti & instituta Galliæ? Quo tēpore nemo ne meminerat qdē aut audierat de maioribus exēplū vllū hois literis latinis iusta doctrina aut memorabili vel incohati. Nā literarū grecarū nomē fabulosum esse cōmētitiūq; haud ita pridē a nostris putabatur: diuq; fidē ipse facere non potui. Vtinā igit̃ quādo fatū fuerat mihi nullo vt exēplo vitā instituerem: id quoq; affatum esset (vt ita dicā) & a Parcis mihi datū, vt pensum absoluerē. Te vero prudentē simul & fortunatū ista sententia iudico: si tamen ea penitus sedit animo, vt literę tuę mihi persuaserūt. quippe qui teneriores ętatis dispendiū orbę ac destitutæ morte parentū, sarcire nunc statueris annis firmioribus, egregieq; iā auspicatus sis. Qui si studii literarii primordiis, quę in literis tuis elucent, pari successu deinceps maiora expolitioraq; attexere institeris: vt & institutę rei summa poscit, & animi huiuscemodi alacritas pollicet̃ ad culmen ipsa (vt videt̃) erecta & intenta: nimirū ista quę te exuscitauit ęmulatio, locū tibi numerūq; inter paucos hominū celebriū tandē emerebitur. Id quod si viuo me euenerit, libentius sane tibi alacriusq; partam hac ratione gloriam ideo gratulabor: q̄ qui antea verbum mecum nunq̄ fecisses, tamen exemplo mei adductus sis (quod literæ tuæ testantur) vt inclarescere ingenio atq; industria cuperes. Id quod cū ipsum certum iam tibi esset & cōstitutum: primo quoq; tēpore (vt audio) e medio

te subductum illã in officinã dedisti hominũ expoli-
tricem: in qua prestãtissimi quiq; homines maxime
q; eximii animi & ingenii: simulachra sibi fabricant
in æuũ perennatura: folles vtiq; ducente æmula con-
tentione fortunarũ intertrimenti rationẽ nullam ha-
bẽte. Saluta mihi propinquos tuos Robertetos, pue
ros cum ingentis a parentibus spei & simul a patri-
monio, tum etiã indolis eximię: in gloriam illã quidẽ
non mediocrem magis ac magis in dies proficiẽtis.
Vale. Diuione, decimo Calen. Aug. M.D.XXI.

Gullielmus Budęus Francisco Rabeleso
sodali Franciscano sal.

IN hac viatoria: turbulenta: versicolori vultuosaq;
interdũ conuersatione vitę, nihil verius mihi fron
tẽ hilarat & exporrigit: contractãq; (vt ita dixerim)
& inuolutã mentẽ explicat & pandit lętitia, q̃ litera-
rum recordatio, amorisq; musarũ & venustiorũ disci
plinarum, quas magnopere perdiuq; colui & obser-
uaui vt si quis vnq̃ hominũ mei ordinis. animum illa
quidẽ meũ nũc subiens per occasiones magis q̃ per
ociũ aut certas quasdã constitutasq; vices. id qđ ali-
ter euenire vix potest in hac veluti expeditione nõ tã
placida q̃ inermi. in qua nõ iam musarũ auspiciis vt
pridẽ assueuerã: cõtubernio Philologię vti ac frui mi
hi licet: eiusq; militię cõmodis aspirare q̃ sine morta-
liũ agrorũq; clade ad gloriã quærendã instituta est,
domitandãq; imperitiã improbam & cõtumacẽ ad-

uersus edicta sapiẽtię imperiaq; rationis.in qua quũ
ipsa nuper ordines iam ductitare quoquo modo exi
stimarer:inter primoresq; censeri,nõ tã ob res egre-
gie & pręclare gestas,q̃ ob eximiã & alacrẽ prõpti-
tudinẽ,ecce tibi inopinatũ fatũ (cõmemorãdum ne
an pœnitendũ nondũ plane cõperi) trãsuersum me
rapuit in rationẽ agẽdę vitę exercẽdęq; mẽtis diuer
sissimã.quippe qui ꝓ securitate angores:ꝓ tranquil
litate trepidationẽ:pro ocio negocia:pro libero arbi
trio obsequẽdi necessitatẽ,appariturãq; in aula facti
tandi:deniq; pro philosophicis auscultationibus auli
ca acroamata sortitus: καὶ ἀντὶ τῆς αὐταρκείας εὐγνω-
μοσύνης τε καὶ εὐσχήμονος, ἀθυμοῦσαν ἐνίοτε προσδοκίαν
καὶ ἀτακτοῦσαν μετιὼν haud scio an pro integra existi-
matione pericliter ignominia.quis.n.inhibeat gliscẽ
tem famę loquacitatẽ?quis tẽperare linguis eos co-
get q libẽtius in sentẽtiã eunt deteriorẽ & obtrectã
tem?hi exemplũ statuisse me cauillabunt,vt posthac
quisq; cũ occasio tulerit & fortuna perlexerit,soluere
se iis ipsis legibus possit:quas velut auctore philoso
phia aduersus plebis ac populi scita tulerit & ꝓmul
garit.Epistola vero tua vtriusq; ligue peritiã singula
rẽ redolẽs:vt mihi iucũda fuit & grata quasi institu
ti mei pristini cõmonefactrix:ita nescio quid sinistrę
in me suspiciũculę ꝑ se ferre videt,vt q̃dẽ in illa actio
nis de dolo malo formulã cõcepisti,quã i Petrũ Ami
cũ sodalẽ tecũ Franciscanũ intendisse te dicis:ob id.

ſcilicet ꝙ impoſturā fecerit homini tibi ſimplici &
incauto:neſcio qd de me ſpōdēs,qđ nec tu futurū po
teras tū cōſidere:nec poſtea experimēto verū eſſe co
gnouiſti.nimirū doloſum amicū eſſe cēſens,q hoiem
te φιλάπλουν καὶ εὐήθη ſciēs prudēſq;,quo tibi incom
modaret,in hoiem me φιλαλάζονα obtruderit:qui qn
tum ipſe iā hunc mēſem aut etiā ſextū literas tuas fa
ſtidio habuerim ac cōtēptui.hęc.n.cia verba epiſtolę
αἰνίττεται,niſi ſi eorū ſenſum aſſequi nō potui. Mitto
hic ὦ δαιμόνιε,qđ obiicere criminoſe tibi ali9 quiſpiā
poſſet:q in recriminādo cauſę fiduciā poneret: ſacer
dotē te eſſe oportere fidei haud benignę ac ꝑmoro-
ſę:q nō ſodali:nō amico:nō ſocio ſtudiorū fiduciā ac
commodare ſuſtinuiſti:anteq̄ ille ſtipulari a ſe paſſus
eſt pœnę noīe:cauſam ipm haud dicturū quominus
actio de dolo malo iuſtis ac legitimis verbis in ſeſe
cōciperet:niſi Budęus bonus vir humanitateq; ꝑdi-
tus tādē inueniret ſi periculum faceres. Vbi igit illa
veſtra charitas ſodalitia vinculū cœnobiorū:columē
religionis:glutinum vnanimitatis, quā alternis pro-
pe verbis pro numine colendā in concionibus decla-
mitatis? Tu vt ſodali quicq̄ οὐ τὸ τυχόν, οὐ παιγνιώδες
deniq; fide dignū aſſeueranti nō credas? & ſodali qui
dē nō cuiuis,ſed eximio,ꝓſpecto, & ἐχεγγύῳ. Age ſo-
dali fidem nō habuiſti:nō ꝙ ei ſed ꝙ tibi diffideres:
melius.n.mediocritatē tuā vel etiā tenuitatem noue-
ras:quā εὐκαταφρόνητον & cōtemptui & faſtidio meo

obuiam & expositam fore intelligebas:(id.n. causa turum te video)num id tandē charitati cōsentaneū esse censuisti:capitis atq; existimationis periculū fratri ac sodali tuo creare:vt ille actione famosa damnaretur si ego ab igenio meo migrare sustinerē? Proh diue Francisce auctor conditorq; sodalitii : quo tua iam fides abiit?homines ne in sodalitii leges iuratos ac deuotos:quibus ne leui quidē iureiurando sancire verborum fidem fas est:pacta iam inter se nulla fide inire:sed capite atq; existimationis periculo alterum ab altero cauere? Quanq etiā si inter profanos res ageretur:num æquitatis quicq̄ aut iuris habere potest id pactum: quo fraudi futurū sit & captioni capitali alicui:si quispiam alius eum se aliquando nō exhibuerit:quem esse se semper præ se tulit certissimis indiciis testatisq; experimentis?Hæc vt dixi & alia huiuscemodi silentio transmittam: quando non te nunc accusandū: sed amicū tuendū habeo & defendendum:qui ob meam culpam criminose arcessitur & atrociter.hoc dicā tantū,vt intentioni tuę pręscribam:(quando nunc cōtrouersiā rectam in iudicium deducere non necesse est:& vt Græci loquuntur κατ' ἐυθυδικίαν ἀμφισβητεῖν)præpropere te & perperam famosam actionem in amicū intēdisse,cum posses alia actione ciuilius experiri, id est ex stipulatu. illam enim de dolo (vt nosti,qui iuris studiosus fuisti:) Prætoris edictum non nisi subsidiariam

promittit. ageres igitur cum illo potius: a me vt ipse cōtēderet pro amicitia nostra: ex æquo & bono porro tecū agerem: suāq; fidem vt liberarē. hanc tu persequendi tui iuris rationē quū omiseris: possim ipse si velim auctor esse Amico vt exceptione edicti sum moueat te, nec recte nec ordine de dolo malo agētē. Verum hoc tibi remittam: litiq; ipse me opponā: id quod quo minus faciam, tu causę nihil cōminisci poteris, cū res ad me tota pertineat: & ille me appellare iure possit vt iudicium in me cōstitui patiar: ipse iudicii obseruandi necessitate soluatur. Quo aūt magis ansam omnem tibi pręcidam homini insonti ob meū factū negocium facessendi, non recuso quin tu hanc epistolam quasi sponsorem habeas iudicio me sistendi iudicatūq; faciendi. Cęterū vt paria tecū faciā, reliqua gręce scribētur. ἐξηκήσθω μὲν οὖν τὴν ὡς-χὴν τῆσδε τῆς ἀμφισβητήσεως ὁ ἑταῖρος ἐκεῖνος ὁ σός, ἅτε δὴ οὐδεμιᾷ δίκῃ ἔνοχος τῆς ἐγγύης ἕνεκα ἧς ὑπὲρ ἐμοῦ προσφιλῶς ἐποιήσατο. σοὶ δὲ δὴ ὅλην τῆς ἐγκλήσεως ὁρμὴν εἰς ἐμὲ ἐξέστω προοχετεύειν, εἴγε δὴ δέδοκταί σοι ταύτῃ τῇ δίκῃ ὁλοσχερῶς ἐπεξελθεῖν. θαυμάζοντα σοῦ ἔοικάς μου μὴ εὐθὺς ἀπαντῶντος πρὸς τὴν πρόκλησίν σου τὴν πάνυγε νεανικὴν καὶ εὐψύχως ἔχουσαν, καὶ δεινὰ παθεῖν φάσκοντα ἐφ᾽ ᾧ μήπω ἀντικομίσασθαι γράμματα ἀνθ᾽ ὧν ὑπῆρξας σὺ γράφων καὶ εἰς φιλίαν ἐμὲ προκαλούμενος. ἡμᾶς δ᾽ ἂν πάλιν ἠγάσθημεν οὐ τυχόντως, τὴν ἐπιστολὴν τὴν σὴν ἀσμένως διεξιόντες. πῶς γὰρ οὖν, ὅσγε αὐτίκα ἐξ ἀρχῆς ἀγανακτεῖς

δ᾽ ἐνοπαθῶς, καὶ διαπείνῃ σφοδρῶς, ὡς παρημελημένος δῆθεν ὑφ᾽ ἡμῶν, μὴ δὲ τυχὼν τῆς προσηκούσης ἀμοιβῆς. δέον ἂν ὡς ἔοικεν πρότερον μὲν ἐξετάσαι τὸ πρᾶγμα δι᾽ ὅλου, ἔγκλημά τι ἐξελέγξαι. ἐπεὶ πόθεν σοὶ ἐγνωσμένον ἐγένετο ἡμᾶς οὐκ ἀντιγράψαι τοῖς ὑπὸ σοῦ γεγραμμένοις, ἀλλ᾽ ἔστω γε τοῦτο φανερόν τι καὶ ἀνωμολογημένον, οὐκ ἤδη τοσοῦτο ἀδίκημα τουτό γε φαίης ἄν, ὅση ἡ ἔγκλησις ἡ σὴ καὶ μεμψιμοιρία φαίνεται. οὐδὲ γάρ τι ἀπηχθώντως οὐδέπω καὶ νῦν ἐξελήλεκται τὸ πρᾶγμα. ἀμέλει εἰ πολλῶν ἐμὲ ἀπασχολούντων πραγμάτων ἐν τῇδε τῇ διαίτῃ, ἢ εἰ νόσου κωλυούσης γράψαι σοὶ εὐχερῶς οὐκ ἐδυνήθην, πῶς οὐκ εὐπροφάσιστον ἔσται τὸ περὶ τὴν αἰτίαν. ὅπως οὖν ὦγαθὲ μὴ πλουτῶν ὄφλῃς τὴν τοῦ οὐκ ἐν δέοντι μεμψιμοιρούντων ἐπιτιμίαν καὶ φιλοδίκων, ἵνα γε διαπλέσῃς πορρωτέρω τῆς ἀμφισβητήσεως προϊών. καίτοι τοῦτο οὐκ ἀναδίκου μὲν ἔργον ἐστὶν, τοῦ δὲ φίλου ἤδη καὶ συνηγόρου, τὸ τοιάδε σοὶ πεῖσαι ἐγχειρεῖν, οἷα καί σε ὠφελεῖν τι ἐμοῦ κατηγοροῦντα. ἀλλὰ τί ἂν πάθοιμι αὐτὸς ἢ ποιήσαιμι, ὅπως δυσχερῶς ἂν ἐκσταίην τουδὶ τοῦ εὐαρέστου ἤθους τοῦ πεφυκότος ἐμοί. Hactenus iocatum me putato, pariaq; facere voluiſſe cum iis quæ tu (vt opinor) iocabunde ſcripſiſti, elicere a me epiſtolam cupiens. σπουδαιολογῶν μέντοι εἴποιμ᾽ ἄν, ὡς οὐ δίκαιός εἰμι κακῶς ἀκούειν οὔθ᾽ ὑπό σου οὔθ᾽ ὑπ᾽ ἄλλου του, ἐνταῦθά γε διαιτώμενος, ὅπου γε πάντα σχεδὸν προὔργου ποιεῖν ἐπάναγκες τὰ τῆς φιλοσοφίας ἀπηλλαγμένα, κἂν μὴ τοῖς ἴσοις ἀμείψωμαι τοὺς ἐμοὶ ἐπιστέλλοντας. ἢ πῶς οἱ τὰ ἴσα με εἰσπραττόμενοι, δίκαιοί εἰσιν αὐτοὶ πάντα μοι παρέχειν τὰ αὐτὰ ἢ παρόμοια, τὰ τῆς σχολῆς καὶ εὐκαιρίας.

ἐῶ δὲ λέγειν τὰ τῆς ἡλικίας τε καὶ ῥαστώνης, ἅπερ ὑμῖν παρίεσι τοῖς ἀμφὶ τοὺς λόγους οὖσι, καὶ χρωμένοις φιλοσοφίᾳ συσκήνῳ τε καὶ ὁμωρόφῳ. καίτοι σχολῆς ἂν ἠξίωσας δύνατο τὸ τῆς νεότητος θερμὸν καὶ φιλόπονον, ἣν δὲ ἤδη ῥέποντος εἰς παρακμὴν τῆς πρὸ τοῦδε ἀδρότητος ἡλικία, καὶ ταῦτα φροντίσι συχναῖς ἐνοχλουμένη. ἃ δὴ αὐτὸς ἥκιστα ὑπολογίζεσθαί μοι δοκεῖς. ἴσθι οὖν σὺ τὸ ἐντεῦθεν, ἴστωσαν δὲ καὶ ἄλλοι οἱ κατὰ τοὺς λόγους ἐπικεκυφότες καὶ ἀναπεπτάστως διακείμενοι, οἴκοι τε καὶ ἔξω τὸν βουδαῖον κἂν σχολῇ κἂν ἀσχολίᾳ ἀεὶ μὲν τὸν αὐτὸν οἷον τεῖναι τῇ προαιρέσει. οὐκ ἔτι δὲ εὐχερείᾳ τε καὶ προθυμίᾳ. Quđ vero ad íd ptínet qđ χρηματισμὸν ἐργάζεσθαί με ἐμῇ καὶ τῇ φιλαργυρίᾳ προσετηκέναι, ſi nũc proſequi ſcríbẽdo vellẽ, prçter modũ fortaſſe epiſtolã producerẽ. Vale. in pago Burgũdíç quç Villanoua vocatur, prídie Iduum Aprilis. & Amicũ ſaluta nõ magis tuum q̃ meum.

Budæus Víuí S.

LIteræ tuæ domi meç reſignatç redditæ ſunt, vt fere tuç ſolẽt: índeq; ad me miſſç. Qđ q̃reris de íníqua ſcríptítãtiũ cõdítíone, qbus, quaſi iure quodã moríbus huiꝰ çtatís recepto, inceſſere maleuolẽtiſſima fere ſimultas & nocentiſſima ſolet: id tu & recte æſtimaſſe, & verbis víderis appoſitis exp̄ſſiſſe. atquí ego eũ morẽ & iſtitutũ velutí quãdã carníficínã anímoꝝ tã acerbã eſſe iudico, eã vt ob rẽ maxime ſcríbẽdí íntẽtíonẽ ad ea argumẽta detorq̄re iſtítuerím, quç lõgiſſime ab iſta amarç velitatíõís viciſſitudíne abducere ſtilũ vídebãt. Animaduerterã Eraſmũ Ro

terodamũ hui9 ętatis decus, nec doctrinę eminẽtis pſtãtia, nec ĩduſtrię ſingularis & inuſitatę merito le ge illa vulgari calũnię ferẽdę ſoluere ſe potuiſſe. No uerã & expertus erã, q̃ ſuaue ſit iterdũ, irritabilioris ſto machi bilioſiq; ſcriptorib9 amarũ illud ecligma cõtẽ tionis i ore verſare diu atq; cõmãducare, ſũma cũ p nicie igenio℞ ad honeſtiſſimas cõmẽtatiões cõtẽdẽ tiũ. Itaq; intellecto errore, pudere mei primũ memet cœpit, q i ea ſpecie nõ nihil oli temere admiſiſſem: de inde aliquo℞ miſereſcere, quos ὅσα μῦς ἐν πίσσῃ (vt aiũt) perpeti in ea paleſtra cõcertationeq; cernebã, nõnullos etiã, quos imprimis exemptos ei ſupplicio ęrũnęq; oportebat. Qua de re cũ ipſe ad Eraſmũ ſcri pſiſſẽ aliq̃n exercendę viciſſitudinis gratia, ruſticita te mea (vt opinor) vel ifelicitate factũ eſt, i eũ vt ſco pulũ ipegiſſe ſciẽs prudẽſq; exiſtimarer, quẽ ego ma xime auerſandũ eẽ dicebã & vitãdũ: tãetſi euẽtu ad extremũ nec noxio nec pudẽdo, q̃n res ea bñ vertit, cia vtiq; moderãte numie amicitię vtriq; cultę & ob ſeruatę cõſtãter & bõa fide. τοσοῦτον δὲ φρόνημα τῇ μελέτῃ ἐκείνῃ ἀνειλόμην, ἀπαλλαγεὶς δ᾽ οὕτως ἀγῶνος ἀξιομνημονεύτου οὐκ ἀσχημόνως, ὥστε πείθω ἐμαυτὸν οὐκ ἀπεχθανομένως, ὥστε τοὺς μετὰ τοῦτον ἐπιφυομένους, καὶ οἷον ἡμῶν ἤδη ἐπικαθημένων ἀνταιρομένους ἐμοί, περιττέους ἡγησάμην, μὴ γὰρ δὴ καὶ περιοπτέους εἶναι. τοσοῦτό γε δὴ διαμαρτυρόμενος ἢ ὅπως δήποτε αἰνιττόμενος μήτ᾽ ἀτιμάζειν ἐμέ, μήτ᾽ ἀπροσφιλίαν, μήτε αὖ καταδικᾶν τῶν ἀμυντηρίων εἶναι ἀνταγωνιστέον. τηλικοῖς δὲ ἠξίουν τοῖς φιλονεικητικῶς ἔχειν δοκ

Eraſmi elogi[um]

eligma

Eraſm[us] amic[us] d[ictus].

κοῦσιν. Accessit huic opinioni culpę mihi pœnitendæ cōscientia, cuius sera reputatio (vt ingenue fatear) perpulit me, vt veluti mihi ignoscerē ipe, alieno vitio ęquanimiter transmittēdo, cuius me absoluere haud quaq̄ sustinebā. tametsi quid me adductitare magis lōgo vsu ad animi ęquitatē debuit, q̄ ꝙ animaduertere poterā iustā eā esse mulctā hominis immodice fortasse studiosi glorię: (cuiꝰ culpę quotusquisq; nostrum insontē dicere sese ausit & cōtēdere si sibi credi velit:) inde vt ignominiā propulset, vnde nomē inclarescere inconsulte sperauit & improuide: Huius mali cōtagio inter doctos late gliscens, ad vnū etiam par insigne amicorū meorū arrepsit iprobi cuiuspiā genii opera & impostura memorabili: idq; nūc exercet & propemodū collidit certamine longe iniquiore q̄ pro vtriusq; dignitate & probitate, atrociusq; exardescente q̄ vnq̄ ipse animo conceperim. Qua in re vereor ne tu homo mihi amicꝰ aut aliorū quispiā mihi bene cupientiū officiū meū interdū desideret, τοιοῦτο γάρ τι ἐνδείκνυσθαι ἡ ἐπιστολή σου δοκεῖ, οἱονεὶ ἀναμιμνήσκουσά με τοῦ καθήκοντος καὶ δὴ καὶ συνετῶς καθαπτομένη· καθαπερεὶ ἐπιπλέον σπουδάζοντος τοῦ ὑμεδαποῦ καὶ συνήθεια τοῦ ἐνταῦθα. Mihi autē ipse non deprecor quominus omni amicitiæ fructu carere cōtingat opinione ꝗ boni viri, nisi in hac dirimenda controuersia amici partes in vtrunq; ancipitis vsurpaui bona fide & impleui. Qꝫ si tu cū Erasmo purgationē meā non ac

cipitis, videte vt satis æqui sitis æstimatores operæ alienę exactoresq; officii: ipse mediusfidius vestrum istũ ita merito suo amo proboq;, vt ęquũ est hominē amari ingenio, doctrina, vrbanitate, lepore, suauiq; sermocinationis vsu pręditũ, & vt puto cõuictu: qui cum ipso intra hos nouem menses amicitiã me sanxisse confido familiari comitate vsuq; officioso, quã ipse mecum ineundã non pridē suauissima epistola & munere iucundissimo duxerat & apposito. Hunc ipsum cum cõfirmatę amicitiæ iure in potestate vos hactenus habueritis, dignũ nimirum esse censetis vt hic quoq; nostras magis q̃ noster in auctoritate mea sit: qui ne in cuiusq̃ quidē adhuc esse sibi imperauit eorum quos colit & obseruat: dũtaxat hac vna in re: alioquin ingenio cũ natus sit nec moroso & amicis sese dedenti. Parem igitur mihi faceretis in nostrum potestatem, atq; vos in vestrum illũ eũdemq; meum habetis. hominē etiã mihi prębereretis eadē in pręsenti placabilitate ingenioq; p̃inde ductili nec offirmato in hac cõtrouersia. deniq; vestram istam mihi suadam tantisper accõmodaretis δεινὴν ἀνθρώπων ψυχαγωγὸν, καὶ τῶν δυσαρεστουμένων, μήτι γε δὴ εὐγνώμονος καὶ ἐπιεικοῦς ἀνδρός. tũ deide succēsseretis nisi in officio nostrũ hunc continerē pro arbitratu vestro. Vtinã autē hęc controuersia tam componi vestro posset arbitrio, q̃ vos ius postulatis bonũq; defenditis & æquũ, aut q̃ id ad vtriusq; eorũ existimationē pertinere videtur,

quorũ de re agitur, atq; e re eſſe dignitateq; literarũ queis nos cẽſeri maxime volumus,ac dignũ eſſe duci mus. Hic ſi mihi altũ eẽt ociũ,nec aĩus alio auocaret, hoc oĩno eſſe poterat argumẽtũ epiſtolę lõgioris , cũ ego magnopе purgatũ me cupiã tũ apud te & Eraſmũ,tũ apud eũ ĩpm cuiꝰ exiſtimationẽ ipſi ſartã & tectã eſſe meritiſſimo laboratis.q̃q̃ huiꝰ cõtẽtionis mucro q̃ſi Stygio lacu tinctꝰ,caput & vitalia petere tibi videt̃,in iugulũq; intẽdi,& q̃ſi noxę manuadigi: id q̃d ego vix mihi ꝑſuadeo,q hũc noſtrũ nouiſſe me ſatis putẽ,vt chariẽtiſmis fortaſſe vulnificis hęretibusq; aculeis cauillorũ in hac cauſa ꝓelitatũ,ſic dei reuerẽtẽ alioqn & honeſtatẽ colẽtẽ : a quo cũ in hac re vehemẽter diſſentiã, agnoſco q̃d ille nũc cõtẽtiõe gliſcẽte nõ ꝑcipit:ſtilũ ĩpm atrociꝰ in hoc certamine q̃ ꝓ moribꝰ & igenio exacuiſſe ſuo ad cotẽ(vt ſic loquar)ꝓuicacię & iplacabilitatis:q̃ ſpeciẽ inanẽ ꝓbet odii(vt aiũt)Vatiniani.niſi ſi mihi ĩpoſuit & multis elegãs minimeq; moroſa vitę conſuetudo & officiis amicitię ꝑdita, qbus apud oĩeis ferme ordines gratioſum ſe fecit & magnis amicitiis ſubnixũ.Ad ſummã hoc habeto:nõ prius me & aliquot alios vtriuſq; nõis ſtudioſos , cũ eo actione ꝓ amico partim & ſodali,partim verbis in ęquũ honeſtũq; cõceptis & ꝑ ſcriptis agere & expiri acriter deſiiſſe , q̃ flexanimã tũ demũ eſſe nõ poſſe ſuadã aĩaduertimus, cũ monitis & hortamẽtis obſtruunt̃ aures aĩ vehemẽtiꝰ exa

cerbati aut incitati. Qua est aũt ai ęquitate & ꝓbita te vester iste, & idẽ me⁹ nisi fallor, illã vtiq; operã mi hi inuidiosam ac ꝑgrauẽ remittet & cõdonabit, sen tẽtiã dicẽdi de re inter eos cõtrouersa, id est vter eo rũ ęqtate & moderatione sese mihi magis hactenus approbarit: neq; ꝑ amicitię iure exiget vt in partes has vel istas descẽdere piclitẽr, atq; amicitiã ipam te merare piclitãdo pgã, i eãq; offensare. At ẽ cũ in re aliena litẽ tuã facere piclitariq; porro debeas: est eti am cũ liti ita te incõmode vel inofficiose offeras, vt rephẽẽsionẽ mereare, versurãq; quãdã (vt ita dicã) in rõne tuẽdę & augẽdę amicitię facias. Rursus iertis est amici & secordis digladiãtes amicos cũ securita te spectare: aut votis tãtũ & cõdolescẽtia ꝓseq eorũ cõcertationẽ acri⁹ inferuescẽtẽ. Mediũ (vt opinor) horũ est liti intercedere citra alterutri⁹ offensionẽ, hactenusq; officio ꝑfungi quoad interuẽtu modera ri flagrãtib⁹ ais possis. vbi frustra eẽ cõsiliũ tuũ itel lexeris, vlteri⁹ vt ne tẽdas odiosa sedulitate, si amici tiam seruare vtrãq; velis, ac neutri iniquus esse. καί τοι δὴ ὧν ἔγωγε ἄρτι πεπείραμαι, καὶ διότι εἰσηγησάμην γράψας τι περὶ τῶν τοιούτων ἐρίδων καὶ παράδειγμα ἐνδεικνύμενος ἱκανῶς οἶμαι ἀποφήνασθαι δοκῶ μὴ λίαν ἀρεσκόμενος τοῖς τὰ τοιαῦτα ἀκροβολιζομένοις. De Syllanis tuis quod postulas pinde mihi esse videtur, atq; si periculũ fa cere cupias, & me documentũ dare q̃ improbus & συκοφαντικὸς esse possim si velim. Habes vt opinor

manu mea testatū elogium, q̄ opus id probauerim. Quid igitur iterū Aristarchum me facis, hominem iam nullius ocii literarii & ꝓcul libris agētē? Tamen si in sarcinis librū tuū haberem, cauillatoris personā & voluntatē ad aliquot dies induerē, quatenus quidem versari in hospitio liceret, & tibi negociū mihi qꝫ adeo facesserem fortasse delatoria acrimonia. qđ item te in meis scriptis factitare nō postulo, ne mihi displicere me cogas, qui cum in littore me vidi bellulus esse videor. tute etiā Momo probari vis vt intelligo, qui me arcessere te cuiusuis culpę postules. Age quando tibi morigerādū est iudicii mei cupido, hoc habeto, quod vix mihi expressi huiuscemodi rei tenacissimo. equidē quantū animaduertere dudum potui in lectione viatoria & succisiui ocii: indeqꝫ iudicium operis tui facere: si futuri temporis cōmentationibus ita tecū ipse certaueris, vt ad portionē profecisse posthac temporis super hāc conscriptionem te ostenderis: ausim affirmare ingentē te paucis annis famam excitaturū. in qua sententia Erasmū tuū esse ex epistola ei⁹ intellexi ad me scripta. Libellum ad te mittendum Tussano tuo dederā vrbe digrediēs, de Contemptu rerū fortuitarū, vnicam Marliani nostri fœturam, quē vtrū acceperis ex literis tuis nō intellexi. De epistolis meis qđ scripsisti, numero paucas videri, atqꝫ intra bienniū fere scriptas: memini me non nihil ea de re prędicere ad te scribentē. q̄q̄ pauciores

ediderim q̃ animo destinaueram: sed reliquas cõtrahe re & recognoscere nõ potui in aulã tum improuiso accersitus, cũ iã sub prœla bona pars earũ esset emis sa. Intra id ipsum bienniũ peregre multas scripserã ad amicos vrbanos, quarũ partim sero mihi remissę i ordinẽ digeri & recẽseri nõ potuerũt: partim ideo suppressæ ꝙ argumẽta peruulgari nolebã. Q̃ꝫ si mi hi deus aliquãdo ociũ non pristinũ (quod despero) sed mediocre dederit, eas tantũ editurus sum q̃ ab il lis iã editis scriptę sunt & scribẽdę, si tamẽ emissæ in manus redierint, ab amicis relatæ. Nã earũ quas familiariusculis amicis missito, exempla non asser uo, ne aliarum quidem interdum. Vna epistola grę ce quasi appellatus a Linacro, animũ scribendis grę cis libentius adiicere cœperã: quo factũ est vt inter meas repta, veluti προεκδοῦσα μετὰ τῶν ἐμῶν exierit vni ca me absente: quũ & alias non paucas haberẽ quas meis anteferrẽ. Quas vero ad Erasmũ scripserã, edi iterũ nõ mãdaui, ne aut mihi illę ꝑplacere viderent, aut ego cumulũ in speciẽ augere voluisse, cũ alioqui nullus sit amicorũ, quicũ alacrius officii vices huius cemodi vsurpauerim. Somniũ tuũ nõdũ vidi per ab sentiam iam diuturnã, quę tãdiu ipsa (vt arbitror) in his me statiuis assuefaciet inertię, quoad philolo gię amor ille vehemens sensim exoleuerit: & quantu lũ erat cunq; doctrinæ effluxerit. Habes iã ad omĩa (vt opinor) quæ petebas, ἐπανασπασμένα γε δὴ καὶ ἕνα

Linacrus

ἀκρίτως ἔχοντα, πρὸς δὲ τὰ πεπαιγμένα οὐκ ἐσχόλαζον, λέγω δὲ τὰ ὑπ' Ἐράσμου εἰρωνευμένα περὶ τῶν ἐμοὶ γεγραμμένων, ὃν δὴ πάμπολυ ἀριστεύσαντα τῶν εἰς ἄκρον [illegible] παιδείας καθ' ἡμᾶς ἀφιγμένων, ἡ τῶν ἐλλογιμωτάτων σύγκλητος εὐσταθῶς ἀποφαίνεται. Vale. Romorātii, quæ κωμόπολις est tātū, modo Regia haud ignobili nobilis. IIII. Idus Ianuar.

Gullielmus Budęus Ioanni Picarto S.P.D.

QVum te germani loco eximiiq; amici numero amitine mi iādiu ducere habereq; instituerim, in rebusq; meis cōsultissimi: rarius ad te scribere videri fortasse possim, q̄ p ea familiaritate sanctaq; cōsuetudine atq; intemerata quæ mihi tecum coram in vrbe agenti intercessit hactenus: nulla offensiuncula vnq̄ interpolata ex quo instituta est. vtpote in cuius sinū vndiq; astrictissimū curas meas interiores depositare grauioresq; solitus sum & suauiter & summa fiducia: & tanq̄ fortunas cū capite atq; existimatione in tumultu anctitātiū interdū me rerū credere ac cōdere. nihil adeo vt qcq̄ fortasse quū casus ita tulit, reliquū mihi & fratribus fecerim, eorū qdē certe quæ amicitiā deposcere disceptatricē viderent. Ac mihi q dē nup literas tuas p ociū retrectāti quas superiore mense accepi, quædam veluti religio impiatę amicitię: deinde cupiditas incessit redeūdi ad officiū intermissum: eoq; munere functitandi quod literarū tuarū humanitas nec flagitare verbo nec postulare, sed tamen emereri iure optimo videbatur. Verū quū cala-

mũ statim chartãq; expediri mihi iussissem:facilitate me magis scribẽdi q̃ argumẽto aut volũtate defectũ esse,destitutũq; affectũ meę mẽtis aĩaduerti.Quippe cui nec sentẽtię nec verba pro arbitrio suppeterent, queis paria facere cõcupierã cũ animi tui beneuolentia suauissime nũc deprõpta, atq; cõsentanee iis quæ ante egisti,ac de me semp̃ consuluisti:frustraq; conatus sum istã tuã animi ꝓlixi exhibitionẽ ęquare,quæ mihi p̃inde esse videt̃ atq; si p̃cordia tua foras exerta,intra chartã cãdidã inuoluta scite & obsignata ad me misisses,idoneũ sane pignus ac cõdignũ rerũ tibi a nobis antehac creditarũ.Id q̃d ne adulteratum esse ip̃m suspicer,nõ syncerũ & germanũ: cũ facies verecũda stili tui efficit:fidẽ ip̃a sibi astruẽs ac sanciẽs miri cãdoris atq; simplicitatis: tum vero spectata mihi tua sępe ad manũ,corãq; probata integritas fuci nescia,instar vtiq; ipsa classici cuiusdã ac prędiuitis expromissoris,tanq̃ fide sua esse iubet oĩa quæ tu tibi credi postulas, aut deponi pateris apud te, & penes te recõdi:vel si in caput mihi aliquãdo qppiã a te caueam,nedũ si in fortunas.Quẽadmodũ autẽ libens & impiger facio,cum ductilẽ(vt ita loquar)materiã nactus sum incurrẽtẽ etiã in mẽtis alacritatẽ:dedentem se cum copia facilitatẽ sedulo vt excipiam:ac longiuscule cõmentando prosequar,& stilo indulgeã:ita cum scriptitãdi ꝓpositum haudquaq̃ cõpetiit cũ earũ rerũ opportunitate extẽporali,animũ vtiq; meũ vr

gere ipſe nequeo, ac detrectãti tũ laborẽ reſtitãtiq; in ſtare. Nã quũ eũ nec torpido nec cõtumaci eſſe ingenio cõpererim: ſed cupide etiã munifici cũ licet, nec opus detrectãti aut ꝓlatãti ne iuge quidẽ & mediocre, non niſi coactus fere illas operas ei iniungo quas grauari ipſum ſentio & renuere: & qui in poteſtate illum habuiſſe me plęrũq; per ociũ priſtinũ trãquillitatẽq; cõmemini, cauſam haud ſatis idoneã eſſe puto, cur ei ſuccenſeã ſiquando auocatus curis diſtinentibus & nõnunq̃ diſſipãtibus ipſum, pręſto illicet eſſe nequit, atq; in hanc illãq; partẽ ſubinde ſe verſare, ſimul vt a quoq; interpellatus eſt amicorũ, negociis tũ vacuo & literis ludicris ferianti. Porro aũt cũ ſit hoc vitę genus huiuſcemodi qđ nũc ago, vt ſenſus hominis ſtudioſi in diuerſum fere abducat a ſuo inſtituto, atq; in ambitus campũ deſcẽdere animũ ꝓpellat aut curioſitatis: ibiq; lõge diuq; expatiari: qua veluti lege aulica teneri me & obſtringi vt alios nõ inficior: tum extra ordinẽ (vt fit) coortę alię ſuꝑ alias curæ, mẽtẽ meã ita tenuerũt oppreſſam dies iã nõ minus triginta: vt ne ſucciſiuas quidẽ horas vertere in rẽ ſuã atq; in bonã aliquã frugẽ animus potuerit: ille quidẽ vel hebeſcẽs aliena meditãdo: vel effœtus: vel aliorſum vehemẽter abſtractus, & ſimul valetudine corporis nõ ꝓſpera cũ alioqui tũ ab anni intemperie affectus. Quapropter nũc primũ experiri me ingenue fatebor q̃ lõge ſint duriore conditione animi poſſeſſores, hi

queis aulicis muneribꝰ assuescere quacūq; forte cōtin git:q̄ illi qbus liberis esse ac sui iuris licet:atq; intra fines manere studiosę tranqllitatis. Siqdē vt illis aulicarū fūctionū necessitas seruilē p̱sonā imponit & astringit:in operas fere illiberales obseqaq; obnoxia vectigalē & stipēdiariā:quas nemo ingenuus ante p̱fiteri sustinet:q̄ frōtē osq; totū affricuit postibus interioris aulę:ita his oēs p̱pemodū numeros immunitatis retinētibus,animi etiā facultatū integra ratio cōstat: tanq̄ subsidiū quoddā & instrumētū libertatis vtēdę fruēdęq; copiosum idē & expeditū. Mihi vero limen id iam terenti qđ liberioris sp̄us homo & cōtumacis ad impia ambitus,iterū vix supare sustinet:ideoq; tā beata fortasse cōditione lapso existimatiōe quorūdā quasiq; euerso opimis facultatibus: siqn̄ rudē in hoc veteratorio ludo officinaq; plagiorū mereri forte fortuna det:vereor vt itegri postea status eē liceat,quū seruitutē nūc seruiā:etiā si in mācipiū aulę ac potestatē salua (si credi pōt) venerim libertate. Addici qdē me passus sum:sed tn̄ hoc recepi cū in alienū ius trāsirē:ne pudorē p̱stituerē,cū sugillatiōe literarū cuiq̄ p̄ potētiū me vēditādo. Quid ni igit̄ sperē nataliū aliqn̄ restitutionē esse me impetraturū:aut egregio aliquo specimine ingenui sp̄us edito: aut sūma hoīm ęqtate mihi veniā casus iprouisi incōsultiq; facinoris idulgēte:p̄sertim cū mirā hoīm de me iudicātiū benignitatē sępenumero exptus sim. Verū o me immemorē p̱

positi & longius digredientẽ:qui dũ purgare scribẽ
di moram cuperem & procrastinationẽ: stilum (vt
fit) imprudẽs in hoc vlcus opinionis meę adegi aut
etiã imprudẽter . fortasse.n.intactũ id oportuit,quo
ad medicamẽtũ nactus sim:qđ nullũ vtiq; operę pre
cium allaturũ est:nisi tempestiuũ sit. Quare interim
spleniis aliis atq; aliis honestis nec fallacibus sartũ ac
tectum pudorẽ tuebimur(vt spero:)collectãq; gra-
tiam studiosorum retinebimus.De rebus publicis si
quid scire cupis:famã tu percũctator,q̃ etiam plura
fortasse igeret q̃ cupias.de meis a domesticis & ger
mano meo cognosces eodẽq; tuo amitino:quicũ ipso
tute societatẽ vsu iã coiuisti literarũ a nobis ad vtrũ
q; vestrũ scriptarũ. Vale.Diuione,postridie Id.Iulias.

Gullielmus Budęus Ioanni Picarto Sa.

NIhil nũc nec causatius deducere,nec ęqus in cri
mẽ posse videor:si fortunã insimulare mediter
& postulare malę atq; iniquę tractatiõis:q̃ q; in publi
cas difficultates & regias tẽpus meũ incurrit:& qui
diu domi in philologię meę sinu vmbratili qete frui
beatũ esse ducebã:tũ maxime quũ ex intacto aut cu
mulato aceruo honorũ & cõmodorũ admetiri Prin-
cipẽ nostrũ videbã iis qui in comitatu eius erant ne
quaq̃ ad captũ aut fastigiũ nataliũ & ordinis sortis
q; petitorũ:sed ad modũ illũ exuberantem eximiæ li
beralitatis ac magnitudinis suę:in comitatũ eius tũ
demũ accitus sim,ac numerũ aulę candidatorũ auxe

rim,quũ ꝓfloratę iã copię atq; etiã pene exhaustę viderent̃.Mihi.n.tũ cõtigit ꝑtim obuiã vt eos haberẽ domo iã ꝓfect9:q suffarcinati redibãt e prõptuario benignitatis:partim vt in vrbe cernerẽ,q squallidos pauloante penates & abiectos,hisce donariis nitidos reddiderãt & venerãdos.nihil iã vt magis officeret eoꝝ hoim luminib9 q lares suos virtutis isignib9 ingeniiq; excoluerãt:q̃ ꝙ illiterati ꝑmulti, acumine illi qdẽ ꝓditi,& ex euẽtu successuq; sagaces existimati, lõge emicuisse studiosis videbant̃:aulicęq; & ciuilis auctoritatis fascib9 ambitione q̃sitę, pares alioq sibi hoies maioresq; sũmouere.Quippe q circa initia statim ineũtis hui9 principat9 hoc vidissent ac ꝑspexissent:sic eẽ fere natura cõparatũ,vt ex copia exuberãte imẽsiores sẽsim largitiões fiãt:cõtra vt e subsidẽte aceruo minorib9 i dies modulis munificẽtię attẽperent̃.Id qđ simulatq; itelligi cœptũ est:acerrim9 eoꝝ qsq; gnauiter ꝑfricta frõte,nihil nec pẽsi nec religionis habuit,quo min9 ꝓsentariis qdẽ impẽsens rõnes suas augeret:ex iis vero q̃ in spe atq; expectatiõe posita erãt,bellissimũ qđq; primo quoq; tpe pignerare tur:eaq; industria atq; solertia nõ mõ se visendũ sed etiã iuisum efficeret,obtrectationiq; populari obuiũ & expositũ.Quę cũ ita euenisse ipe noueri:illosq; cõspicue mihi aliisq; me acriorib9 anteuertisse:mł̃tũ tñ abest pœnitẽdã mihi vt meã ducã eẽ sortẽ & cõditionẽ,id adeo,vt si ius i ꝓteritũ mihi diuinit9 integrũ cũ

optione detur:nō sim vel aliquot annorū sodalitium & concubitū philologię,quod interim sedulo & accurate colui:cū opibus cōmutaturus istorū fortunatissimorum,q primitiis liberalitatis antedictę supra modū suū priuatūq; prope fastigium aucti, stirpiū nouarū fundamēta quo laxius improbiusq; metarētur,vicinos lōge quoquouersum licitādo summouere & pollicēdo.q̄q̄ si amplificādę quoq; cōditiōis curam atq; intentionē nō inter postremas habēdā mihi cēseas:vt q mihi & familię rē gerere iā debeā : nō vt sero ipse fortasse,sic etiā venisse videbor intēpestiue.tametsi sero malim cito q̄ p̄propere. Veni aūt demū accersitus & euocatus:vel inuitatus poti9 honorario doctrinę:& simul munificę ac festiuę benignitatis specie plectus, eoq; auctoramēto retēt9 q̄d abrūpere nō potui cōmode, cū cuperē maxime. qppe alioqn in ora hoim itur9 vt rerū ciuiliū & expetē darū aspernator insolēs & rusticus.Quis.n. vitio nō verteret q liberorū immemor essem, p̄dēdiq; porro gentilitii nois neglector a maioribus accepti?Nā cū cōstātē volūtatē in Principe aiaduerto egregiā sane & votis meis aut parē aut maiorē:qui me (vt ita dicā)in classem meā restituere vna diecula pōt:multis iā lustris inter inferiores non vt vnū quēuis fortasse, sed tn̄ inter capite tātū cēsos vitā agētē cōposite magis q̄ copiose:nō video cur deterius quoquo mō aut exilius mecū esse actū, nō iā a fortuna illa temeraria

rerum constituẽdarũ arbitra:cæterũ a ꝓuidentia interpretari debeã,ꝗ in hunc articulũ tẽpestatis reseruatus sim:qui ancipitẽ ipse & sollicitã expectationẽ hominum habet atq; etiã consternabilẽ. Neq; enĩ si durior quædam(absit omen verbo)animaduersio diuinitus nos maneat,in diem aliquem suspensa(vt sunt vicissitudines ætatum)qui me adhuc superstite exiturus sit: optem me magnopere publicæ noxæ eximi.nec si defuncta iam ætas nostra capitali reatu est(id qđ similius vero videtur)perinde alias insinuari literarum commendatione potuissem,in locũ q; penetralem euadere multis anfractibus errationibusq; perplexum:eãq; ob rem aditũ dantem vltro citroq; commeabilem nõ nisi paucissimis,qui vestigia ipsi sua pedetentim & circunspecte per semitas cæcas regunt illecebrosas easdem & muricatas. quo in ipso aditu rarissima extant exempla & monimenta hominum nostri ordinis,qui vestigia quidem certe luculenta memorabiliaq; ibidẽ impresserint.In hũc autem ipsum conuentũ haud inauspicato pedem intulisse me arbitror, cum gratiã non vulgarem inire in dies me videam, vel literarũ peritiam potius: ab elegantissimo quoq;,quiq; honesti specie maxime ducatur & capiatur:etiã doctrinæ hominum expertiũ. Quo coniecturã haud ab re(vt spero)facio,non priuatis me auspiciis ad res nouas:sed publicis & communibus aspirasse ordinis vniuersi literas lautiores

profitétiũ & clariores,quẽ eqdẽ fructũ mihi amplissi mũ esse arbitror elucubrati laboris diuturni atq; ex- hausti.Age qd si etiã hoc addã,& ausim cõtẽdere: li- beralitatis ipsius caput a quo cia manauerũt,nõ esse magnope hactenus imminutũ: etiã si erogatorii mo duli contracti sint temporario decreto & instituto ita rebus natis exposcẽtibus.id qđ fere nemo queriť ne eorũ quidẽ qui ꝓcacius petere ac flagitare didice rũt.Tibi vero hoc etiã amplius affirmare nõ dubita- rim:hebetudinisq;(ppe dixerim) opinione subeũda cauere,si in euẽtu harum rerũ falsus sum colligendo: hasce reip.difficultates,illos paucorũ culpa tumultus circa initia excitatos,oĩa deniq; minacẽ speciẽ nũc præbẽtia,in bonũ tandẽ versura, Deo beneuolente. Fuit enĩ(vt spero)fuit hęc ira superũ eiuscemodi & generis quę cedere p̃cationibus & expiamẽtis solẽt. Itaq; multorũ quidẽ quę salua pietate atq; intemera- ta religione admisimus,hactenus gratiã superi ipsi fa cturi sunt veniã poscentibus(vt quidẽ certe vestigia visunť cõspicua p̃tereũtis irę diuinæ) litẽ hãc nobis vt nõ pluris ęstiment q̃ inquãtũ facere iudicatũ haud ęgre possit hęc prouincia,apud cõciliũ qdẽ ipsa cœli tũ ad summũq; tribunal plęrũq; gratiosa: indulgenti amq; primariã merita germanę pietatis intemeratæ q; prærogatiua. Nimirũ indolem perpetuam gentis altissima nuper securitate consopitam, excitare pro- uidentiæ non etiam opprimere placitum est & extin

guere.Itaq; torpenti iam incuriȩ indormientes, atq; adeo veterno capitali atq; exitiali supinos, quũ expergisci aliter nequiremus, classico illo consternabili bellicoq; perterrefecit. tum demũ ad arma conclamantibus qui propiores erant discrimini: altiori somno & arctiori trepidatio nos & tumultus excussit. quȩ sub idem tempus Mars auxit q̃ potuit tumultuosissime; ignauia insuper stationis vnius efferatiora facta, quæ territanti dedit hosti manus, sane imbelles vinculaq; meritas. Nõ itidem autem hostis in altero quoq; præsidio fuit felix, ad quod subinde tentatum obhȩsit frendens nequicq̃, & tandem elanguit. Quibus de rebus quid sentiam, græce Philecoo scriptitaui homini harum rerum cupido: cum discutere inertiam mentis quoquo modo cuperem ab ocio contractȩ in hac librorum inopia qui circũferri commode cũ sarcinis nequiuerunt. Cæterum vt hæc tibi scriberem me impulit consobrine suauissime animi tui reputatio: quem alioquin perspectum & exploratum, ex literis quoq; tuis agnosco vicem meam dolere vbi qd secus accidit: & contra exultare gaudio vbi quid prospere mihi cessit. ne fratribus quidem meis in exhibitione beneuolentiæ officiiq; cedere. Quo fit vt necessariorum nulli innotescere serius velim quicquid aduerse nobis cecidit: nec citius id quod commode. Vale. in aula circa Rhemos agente. Octauo Calend. Octobris.

Gullielmus Budęus.N.Leonico Sal.

SI literis politiorib⁹(vt tu autumas)nunciũ remi-
ſiſſe me faterer:cauſam om̃ino nullã dicerẽ qn de
nomine meo male,de Philologia etiam ingrate impie
q̧ conſuluiſſem, amicorum mihi conciliatrice & (vt
ita dixerim) κυδιάνειρα. quippe cuius auctoritate at
q̧ ſuffragatione gratiã non vulgarẽ iniuiſſe in comi
tiis eorum mihi videor,qui facultatibus iis cẽſentur
quæ iure optimo quæruntur & habentur minimeq̧
obnoxio. quorum etiam ipſorum prærogatiuã opi-
nionẽ cũ omneis centurias odio quidem certe & in-
uidia vacuas,nõ grauate ſequi ſolere ac debere intelli
gerem:paucis vtiq̧ ſemper illis me magis q̃ plurimo
rum turbæ cõmendare contendi & approbare: qui-
bus nunc ab ipſis non doctrinæ cuiuſdã eximiæ me-
rito,cæterum induſtriæ & ingenuę contentionis lite
riſq̧ deuotæ gratiã initam & collectam literiſq̧ con
teſtatam,diro quodã ſtupore animi, veluti deprehen
ſi in rerũ nouarũ tẽpeſtate,effudiſſem immemor &
abieciſſem: ſiquando capitale illud verbum ſerio mi
hi vel ore vel calamo excidiſſet infauſte feriato. Qđ
nã em̃ in me admittere damnoſius facinus fœdiusq̧
potuiſſem?Quũ vero ex literis meis ad Lõgolium nõ
vnis(vt opinor)reſciſcere potueris,Principis me im
perio velut in aulã raptũ necopinantem: inibiq̧ hu-
manitate eius partim,partim occaſione ac prope ne
ceſſitate retentũ & auctoratũ:libentes vtiq̧(vt mihi

persuadeo) certe quidẽ ipsi facitis non inuiti: vt quouis me crimine absoluatis qđ mihi eã ob rẽ impingi ab oblocutoribus potest: etiã si literis elegãtibus ad pertẽtãdũ animũ meũ amice mecũ expostulatis. Nisi vero vos & rerũ ciuiliũ prudẽtes in vniuersum: nec mearũ ignari: hoĩs coniugi liberisq; obstricti: oblatã vltro in secessu versanti allatãq; honorifice conditionẽ: philosophastri fastidio vt repudiarẽ fastuq; insolenti, auctores mihi futuri fuistis si in re ꝑsenti forte affuissetis. aut ego blãdimẽtis vmbratilis famę trãquillęq; perlectus, cui iãdiu inseruierã: aĩm obfirmare debui aduersus rerũ secundiorũ spem mihi illucescentẽ: vanasq; pollicitationes eius, aĩos scilicet tantũ vulgares & mediocreis sollicitãtes: non etiã maiores omni ambitione, nec spe metuve aut alioqui cõsternabiles. floccifacere etiã propinquorũ amicorũq; cõsilia & obsecrationes, qui me vergẽte iã ętate indulgere tuẽdę familię, muneribusq; iis obtestabant̃ q̃ naturali quoq; iure nedũ ciuili iniũcta sunt homini: qđ qdẽ sine fraude mea captioneq; institutę vitę fieret, indeq; in futurũ voluptatis ꝑcipiendæ, cũ occasio rediisset decedẽdi ex hac prouincia, simul ex hoc honorum seminario decus aliqđ referendi preciũq; operę impẽsę philologię. Tametsi quid mihi delatũ causor honorẽ hunc, q nõ mihi, nõ natalibus, nõ amicorum meorũ potẽtię, nõ ambitui, nõ obsequio deniq; tributus est: sed doctrinę opinioni: quã mihi merito meo

maiorē apud omneis ordines pepererat assidua con
tētiōe philologia mea vno & altero puerperio: Quē
si honorē ipse velut ornamentorū insolēs, & plebeiis
incunabulis lactatus imparq; maiori sorti & cultio-
ri repudiassem, qd aliud tandē q̄ exemplū hoc facino
re ꝓdidissem in dedecus detrimentūq; cessurū hoim
literis notę nitidioris ac lautioris incūbētiū: quos ve
lut ierteis ac sellularios artifices, nō solē, nō puluerē,
non celebriū conuentuū contuitū ferre posse merito
vulgus primoresq; crederēt: si ne honorib9 qdē inge
nuarū mētiū illecebris adducerētur, negociū vt facess
sere vellēt ipsi aliqñ studiorū suorū tranqllitati, speci
mēq; & documētū ꝑ occasiōes edere ac ꝓferre q̄sita
rū sūmo labore facultatū. Siqdē huiuscemodi hoim
opinio lōge lateq; ꝑuagata, quātā calamitatē ītulerit
hacten9, quātā pauperiē fecerit in noie literario, in or
dine studiosorū, in natione hoim Mineruę cōsecrato
rū, cū oibus notū sit & manifestū, tum vero identidē
queritātes videmus nostrę sortis studiosos, sęculorū
iam aliquot iniquitate, ignorantiaq; factū esse princi
pum & primorū, vt recta perpolitaq; eruditio e ciui
tatum gubernaculis, e fori tribunalibus, ex cohorti-
bus purpuratis ac prętextatis explosa, nec in Regū
principūq; hominū consulta admissa sit & retēta, ad
sellularias nunc classes deiecta contuberniūq; blatta
rum. πρὸς τὴν φιλοκαλίας οὖν νῦν εἰπέ μοι ὦ λεώνικε, εἰ φιλ
ευχία τῇ ἡμετέρᾳ τοῦτ᾽ ἤδη δόξῃ συμβαίνειν ἢ προσφῶσαι τὰ

προτοῦδε εἰρημένον, τὴν περαιτέρω δῆθεν τοῦ δέοντος ἔξω τῶν προεστηκότων, οὐκ ἤδη μὴ τοσοῦτον διὰ τῆς πάνυ φιλοσοφίας, ὅσον διὰ τῆς ἀπραγμοσύνης καὶ ῥαθυμίας, τίς τοῦ ἔτι μηχανὴ μὴ οὐχὶ εὐθὺς ἡμᾶς δοκεῖν μεμψιμοιρεῖν ἀνεπιεικῶς, καὶ τῇ προνοίᾳ ἄχθεσθαι τῇ καθ' ἡμᾶς, ἀγνωμοσύνης ἕνεκα περὶ τῶν ἐπ' ἀξιώμασι. οὐ γὰρ ἂν ἔσθ' ὅπως οὐκ ἀγνωμονοίημεν αὐτοί, ἐγκαλοῦντες γε μὲν ἀεὶ τοῖς ἄρχουσι περὶ τῆς πεπαιδευμένων ὀλιγωρίας, αὐτοὶ δ' ἂν τοῖς πεπαιδευμένοις εἰσηγέμενοι τὴν ἄγαν εὐθυμίαν καὶ ῥαστώνην, τὴν τῶν ἡμῶν καταμελοῦσαν καὶ ἅμα τὴν ταύταις ἀνθρώπων ἐφεστώτων. ὥσπερανεὶ τοὺς σπουδαρχεῖν μὲν φάσκων, ἀξιοῖ τῆς τοῦ ἀξιώσεως τυχεῖν, οὔτε μνώμενος αὐτός, οὔτε τοῖς ἀρχαιρεσιάζουσι συνεξεταζόμενος. καὶ μὴ τυχὼν τῶν ἀρχῶν ἀγανακτοίη, καὶ τῶν πολλῶν αἰτιῷτο τὴν ἄγνοιαν καὶ σκαιότητα. ὁ δ' ἄστος αὖ ἐπειδὰν τὴν ἐπαγγελίαν ἐκείνην δι' ἣν τύχοι πρόφασιν κατωρθωκὼς ᾖ, τηνικαῦτα μὲν τὴν μνηστευθεῖσαν ἐπιτετραμμένος ἀξίωσιν, εὐθὺς δ' ἢ θρυπτόμενος οὐ φαίη προσδέξεσθαι, οἱονεὶ ἀκκιζόμενος, ὡς οὐ προσῆκον δῆθεν αὐτῷ πολυπραγμονῆσαι τὰ καὶ τὰ ἑαυτόν τε ἀπασχολήσοντα, καὶ ἡσυχίαν ἄγοντι ἐνοχλήσοντα. ὅπως οὖν ὦ δαιμόνιε, οἱ εὖ πεφυκότες πρὸς ταῦτα, ἢ μὴ φύσει γε τούτων ἀπηλλαγμένοι, αὐτούς τε ἀτιμάζοντες μὴ λάθωσι καὶ τὴν ἑαυτῶν τάξιν, οὕτως γ' ἔχοντες ἀπειροκάλως πρὸς τὰ τοῖς εὐφυεστάτοις τῶν δοκίμων ἀνδρῶν διαπαντὸς ἐσπουδασμένα. ἐπεί τοι, πόθεν ἄλλοθεν οἱ Δημοσθένεις καὶ οἱ Κικέρωνες καὶ οἱ τούτων ἐνάμιλλοι ἐλαμπρύνθησαν. ἀμέλει σοί τε κἀμοὶ ῥᾴδιόν ἐστι τουδὶ τοῦ ἐπιτηδεύματος ὀνόματα προχειρίσασθαι πολλά, παράγε τοῖς πάλαι σοφοῖς ἐξόχως εὐδοκιμήσαντα. ὧν δὴ χοροῦ ἔξαρχος ἂν εἴη καὶ κορυφαῖος, Πλάτων, ὁ τὰ πρωτεῖα τῆς

εὐδοξίας λαχὼν τῆς κατὰ φιλοσοφίαν. ὅστις ἐλευθέρας ἐκπλεύσας τῆς πόλεως, καὶ ἐπὶ ἀλλόφυλον δὴ χώραν φέρων ἑαυτὸν ἐπέδωκε, πρὸς ἄνδρα ἀφικόμενος ὡς κάκιστα ἐπὶ τυραννίδι ἀκηκοότα. ἔμουγε ἂν δὴ τοῦ γεγονότος τῇ βασιλείᾳ, καὶ πεπραγμένου, τοῦ ἐμοῦ γε βασιλεῖ ἐπὶ φιλανθρωπίᾳ εὐφημουμένῳ προσεληλυθότος οὐκ αὐτοκλήτως, ᾧ δὴ παραρχῆσαί με χρῆν καὶ δὴ ἐφόρῳ σοῦ μετακαλεσαμένῳ οὐχ ὅπως ἐπὶ τιμῇ. Enimuero vt est rerũ necopinatarum designatrix interdũ prouidẽtia, mire id mihi contraq; opinionẽ cõtigit, vt tum demũ in quietẽ incũberẽ animo propẽsissimo, securitatẽq; studiosam amplecterer summa animi destinatione, cũ mihi institutũ vitę instabat lõge illi diuersissimũ: ita vtiq; ferente rerũ serie, futuri vt fati mei actus dissentanei sint præcedentibus: ac ciuilis vitæ domesticæq; clausula laboribus erraticis sit implicita. q̃q̃ id (vt spero) mox aut aliquando videro ἴωσε ποτὲ εἰς ἐμὲ τὸν οἰχόμενον βίον προθοῦντα τὸ θᾶσον ἐπιστραφὲν ἀποβλέψῃ, τότε ἐγνωκὼς δήπουθεν ἐφ᾽ ὅσον μοὶ καταθύμιός ἐστιν ὁ ὄλβος οὗτος ὁ περιφερόμενος. Verum ob id meum fatum futurum esse video, vt tanq̃ inconstantiæ aut transfugii reo tabulæ mihi meæ ob oculos impingantur: proprioq; stilo identidem impetar. vsqueadeo liber a me scriptus in secessu omnem meæ defensionis fiduciam labefactare videtur, cum ea res equis nunc & velis persequi existimer ac dictiter, quas auersari magnopere execrariq; in eo libro ꝑ me tulerã. Cuius rei reputatio etsi animũ meum

nonnunq̄ peruellit, literę tamen tuę id crimen obíectantes, eleganterq; & iucunde quasi transfugā insimulantes, pergratę mihi fuerunt, nempe cōtrahendę inter nos amicitię auspices. δι' ὧν τοι ἥττους σοῦ τὸ εὔνουν καὶ ἐπιεικὲς εὐστόχως τεκμήρασθαί μοι δοκῶ, ἐμπρέπουσάν τέ τινα συνεῖναι εὐγνωμοσύνην τῇδε παιδιᾷ τῇ περὶ τῆς. οὕτω μέντοι εὐθαρσῶς ἔχω τό γε καθ' ὑμᾶς, καίπερ κατεγνωκέναι μου τήνδε τὴν καινοτομίαν δοκοῦντας, ὥστε ὑπολαμβάνω καὶ πέπεισμαι σέ τε καὶ λογγώλιον κοινωνὸν τῆς φιλοκαλίας, συνεστᾶν ἐμοὶ δικαίως ὕστερον καθ' ὧν ἐμοί που μέμφονται οἱ μὴ ἀποδεχόμενοι τὰ ἐμοὶ βεβουλευμένα. Vale. Romorantii, vbi statiua regius comitatus habebat. XV. Cal. Aprilis.

Gullielmi Budęi ad Ludouicū Ruzęū Suppręfectum Parisiensem, cōsolatoria epistola.

NOn sum nescius vir amice quantā mihi prouinciam amicitię ius iniūgat mitigādi doloris tui literisq; consolandi. cui si in re pręsenti affuissem, fomentū quoddā pręsentaneū, verbis, vultu, sedulitate, omniq; amici obseruantia ipse (vt opinor) adhibuissem. Nunc autē longius a te summotus, quū non nisi inueteratā animi ęgritudinē nouerim, quę iam callum vtiq; p̄cordiis tuis stomachoq; obduxit, vereor si quid nunc adhibere tentauero, ne vulnus cicatricē iam ductur ū tractādo redulcerem. Nam quid est tādē quod beneuolentię nudę munus efficere ex tanto interuallo queat ęgritudini iam vetustescenti? Etem̄ si stomachū habes tute, vt habere certe mihi videre,

haud ita morosum ipsum verborũ vt delinimenta respuat, mulsaq; officia, vt eo verbo vtar, nimirũ sera nunc opera mea frustra erit, si quid scitum commini sci nunc institerim ad id ipsum concinnatũ: post eorum quidem sedulitatẽ qui cruento adhuc vulneri ca lentiq; affuerunt. quos vtiq; ipsos pręsentissimũ qđ q; remedium appositissime expediuisse mihi persua deo, qđ quidẽ malo esse posset inhibendo atq; arcen do ne ad vitalia penitus euaderet. cũ eo quoq; quod natura comparatũ esse nouimus, dies vt ipsa tãdem aciem (vt ita dicam) mucronemq; obtundat acutissimę cuiusq; ęgritudinis. Sin eousq; valuit impet⁹ feri mali (id quod velim vt absit) vt remedia repudiarit quasiq; antidota mœrẽtis ægritudinis, vndenã tibi quippiam promam nunc & expediam, quod mœstitiam intus grassantẽ, spiritusq; illos dudũ alacres depascentem, euellere inde natũ sit aut intus enecare? Atq; hęc qdẽ cũ ita sint, rẽ tamẽ ita natã esse video, statuere quisq̃ vix vt possit prima statim animaduersione, melius ne mecum actum sit q̃ nõ bidui aut tridui, sed longius a te distractus, quoddam quasi compendium mœstę condolescentię feci. quę re statim or ta haud dubie mihi corã præsenti & tibi assidẽti vicissim circunstantiq;, atrocius incessisset aliquanto q̃ absenti contigit re cõperta. Quippe amico inopinato casu afflicto manus sępenumero frustra porrigenda fuisset & submittenda, vt assolet in eiusmodi, eri-

gere se nolenti:& oculis auribusq; fuisset flagrãte tũ maxime malo hauriendus mihi sensus acerbissimus. Quarum rerum necessitate meus vtiq; dolor conta-gione gliscens,æquare tãdem tuum dolorem potuis-set,nec tamen imminuere.Rursus cum actio quædã vt pro socio iure ciuili,sic pro amico prodita sit mo-ribus:si nunc res hominum sermone aut tua cogita-tione quasi in iudicium arcesseretur,hoc meum for-tasse officium quasi serotinum & intempestiuũ vel tibi vel illis non probaré,nisi planũ facere argumẽtis aut testibus,simul vt rẽ cõperi,primo quoq; tẽpore fidẽ me eã agnouisse,quã & vetus iã nostra amicitia, & meritis vltro citroq; constituta ac cõfirmata po-scebat.vtpote cũ inter tales amicos exhibẽdę aut be nignitatis si res ita tulerit,aut beneuolẽtię,dies & ho rę cedant demum interpellante cõsciẽtia. Quo fit vt breuis tẽporis intercapedinem inter nos cõtrouer-sam efficiat locorũ interstitiũ.si tñ tu in hoc veluti in terusuriũ officii deserti opęq; ꝑcrastinatę ad calculũ vocare me obstinaueris, & mihi purgãdę morę iudi ciũ aut arbitriũ cõstituere.Id qđ vt ore tute duriore facere ꝑgas & sũmo iure agere,dies plus minus duo deuigiti cõtinuo excusauero Regis me comitatu ca ruisse ob incõmodã valetudinẽ:ne in me ꝑtin9 illud valeat qđ obiectur9 es fortasse, de cursu armillatoꝝ mãsionatim dispositoꝝ,q biduo aut triduo cũ tardis sime,huc istucq; idẽtidẽ cõmeãt,Verũ esto sane,dies

iam cóplusculos in mora sum:do tibi vt summouere
illam meã excusatioẽ aut inficiari possis:egoq; nul
lum habeã fide dignũ cui testimoniũ denunciẽ:quid
tandẽ tum facerẽ etiã si triduo gnarus rei ita gestæ
fuissem?num feruẽtissimo dolori ex tanto interuallo
temerariã manũ quasiq; præcipitẽ adhibere debui?
præsertim cum scirẽ presto tibi futurã amicorũ co-
hortem,qui vulnus ad manũ explorantes specillo so
dalitatis officiosæ & assiduæ, statuere possent cer-
tius ac citra offensionẽ,cuiusmodi adhibere fométa
in re subita & improuisa operę esset precium.Quid
enim erat futurum si tã ferum esset malum & mo-
rosum vt tractatu irritaretur: cuiusmodi quædam
vlcera esse visuntur? Atqui nunc eo vẽtum iam esse
spero (quæ tua est æquanimitas mihi sæpe animad
uersa) magis vt amicitiæ pensum mea causa q̃ tua
absoluere quoquo modo debeã. Etsi enim cópositũ
iam motum esse mẽtis tuæ nõ diffido,tamẽ quãdo
ratio nõdũ sibi plane restituta est,iustoq; postliminio
in mẽtis principatũ rediit: iuuabit reliquias doloris
persequẽdo,amicitię fungi munere: luxatasq; animi
partes quasi in artus suos exactius reuocare. Proin-
de in rebus tuis tristibus tã mihi q̃ tibi cõsolatiũcu-
lam scribã.hoc eñ veluti tusculo Ioui Philio, qui est
amicitię arbiter & disceptator,litaturũ me confido.
Hanc autẽ quasi symbolã in mediũ cõtulisse atq; in
cõmune ideo mihi videbor, ꝙ iure amicitiæ cõmu-

nio mihi tecũ cũ tuiſq; iuratis amicis & gẽtilibus in tercedit dãni huius accepti iniųria genii cuiuſdã ſce leſtiſſimi, qui hãc tragulã in te pridẽ in tuaſq; fortunas intẽdere nõ obſcure cœperat. qui vtinã in fortunis ipſe pauperiẽ tãtũ mediocrẽ fecerit: nõ etiã noxã nocuerit in animo ꝑſidẽtẽ ac ꝑtinacẽ. Nã tu quoq; in rebus meis lętis liquãdo forte exiſtũt, ꝑtẽ tibi vẽdicare gratulãdo ſolitus es: & cõtra in triſtibus ꝑtẽ capeſſere condoleſcẽdo, operã eo amplius opẽq; affe rẽdo ꝙofficioſiſſime. Quũ igit̃ vir amice eã eſſe norimus humanæ vitæ cõditionẽ, inextricabili qdẽ illã inuolucro perplexã euẽtuũ mirificoꝝ, qualiq; ductũ quẽdã animę precarię, ſerie rerũ cõſertum triſtitia, gaudio, ſpe, atq; timore alternantiũ, in iis qdẽ demũ qui fortunati feliceſq; dicunt̃, vt cæteros trãſmittã. Verũ (vt dixi) cũ ita ferat viuẽdi cõditio, nihil vt ita exploratũ eſſe poſſit homini & perſpectũ in futurũ, quin ancipitẽ ipſum ſemꝑ expectationẽ habeat, ſi ſapimus: cauſa hęc haud ita valde idonea ꝗlibet incõmoda, mihi eſſe videtur, quãobrẽ ſic te afflictũ eſſe fateare, vt erigere animũ nequeas, ne adminiculis ꝗdem adiutus quæ amicoꝝ tibi cõſolatio ſuppeditare prolixe literarũq; peritia poſſunt. At res ea tibi deterrime ceſſit, & incõmodiſſime ad rationũ tuarum ſummã. & ceſſerit ſane: nec eñ inficiari quiſꝗ poteſt. ſed tñ & huius & aliarũ rerum euẽtus omni homini quaſi in ęquilibrio poſitus, ſuſpẽſa manu prouidẽtię

in vtranq; partē ęquali lāce vergit:& nōnullos casum tuū spectantes grauior manet exitus & tristior, quos immemores conditionis plena nunc securitas tenet tanq̄ extra teli iactū positos & agēteis. Da mihi quē q̄ esse posse ita vel naturæ vel fati benignitate prędi tum: vt in ratiocinatione vitæ instituēda, cōmodorū incōmodorumq; calculos ponere scite ac certissime possit ad vitę ductū inoffensa tranquillitate cōmode rādum: hic scire velim nū ipse infortunio aliquo deie ctum se aliquando e statu mentis huiuscemodi queri tari honeste possit aut vehementius impulsum, cū ne mo sit legibus Adrastię solutus cui lucem modo hau rire contigerit? Nam si fatebitur, iam nō erit inficiā do se in sua culpa aut fortunā arcessere iniquitatis: quod etiam alioqui querelas suas ventorum ludi brio exponere est: aut cum prouidentia iniuriam ex postulare, quę pars est impietatis. Sin cum iniquo id se ferre animo non dissimulet, fractum tamen animi sese neget, aut insigniter collabefactū, delicatus vtiq; videbitur & summouendus, quasi exceptione in hæc verba cōcepta, ni innocuā ꝓpemodū offensionē nec cōmemorādā forti viro in q̄rimoniā deducis, vt atro cē nec ferēdā. Restat vt huiuscemodi casus in speciē atroces, & sensu peracerbos, qui nemini nō impēdēt homini, q̄libet ille geniturā sortitus sit eximiā, maio res esse fateamur humana ꝓuidētia, non itē patiētia atq; ęquanimitate, quę pares esse possunt ipsę casuū

varietati q̄libet inopinatę. Age iā vir amice, expędito paulisper, si tamē respirare iā tibi p̄ dolorē mitescētē p̄ptū est: quantā in nos culpā noxāq; admittamus (si tamē ad normam veritatis prescriptaq; sapiētiæ (vt certe nos facimus) approbare vitā nostrā p̄uidentię superisq; laboramus) cū in huiuscemodi casibus trāsmittēdis vehemēter diuq; cōflictamur, in lutoq; impatiētię altius q̄ par est aut fœdius sidim⁹ & obheremus. vt nūc eos p̄tereā q obrui sese sinūt, nec inde existere omībus (vt dicit̄) vngulis omniq; ope adnitunt̄. agedū inquā (si dudū emota loco ratio, agi iā secū non indignat̄) cognosce qua de re agitur (vt aiūt) introspecte ac circūspecte: vt causam ipse tuam ęqus arbitrere, & necessitati tādē manus post oīa ne q̄cq̄ tētata, dādas esse fateare. Quę si comitē ipa sibi vel sociū poti⁹ asciscere ęquū pōt animū: causā haud dices deinde qn etiā cōmode tecū prouidētia in summā beatę vitę quocūq; aduerso casu egerit. Nam de hoc ipso postea viderimus, cū te plane auscultātē mihi dederis: an etiā apposite rebus tuis ac cōsiliis & institutis. Deniq; cedo quēuis arbitrū eo℞ q cōsultissime de iure gētiū hūanoq; respōsitarūt, ni vel fortuna vel verius p̄uidētia lege (vt ita dicā) agit cū rōni humanę q̄libet cōstitutę negociū facessit infestis euētibus. quā qui vetare ipam velit agētē, aut quoquo mō morari: irritus vt euadat necesse est & ridiculus, qui ob id frendeat indecēter frematq;, aut quasi q̄ritetur

voce foras exaudibili:cõspicuũq; populo se prębeat:
imprudenter ipe de se cõsuluisse videatur. diuinã au
tem hominũq; fidẽ amicorũ implorare,consulti vtiq;
sit hominis,qui humanitatis cõscius, nõ omnia in se
se adminicula erigendi rursus animi cũ deiectus est
impetu fortuito,viq; maiore allisus:posita esse noue-
rit.Q̃z si anim9 human9 simulac tumultuari copias
suas animaduertit,se in arcẽ introrsus suã reciperet,
ibiq; prędiis rationis se firmaret,haud dubie hoies
rerum humanarũ gnari,nec diuinarũ imprudentes,
nunq̃ validi suapte natura pręsidii ignauam & secor
dem deditionẽ facerent:in fidẽ se permittentes teme
ritatis casuũ,quã ẽ vestigio ipsam effrenis ille comi-
tatus efferatæ impatiẽtię sequitur, humana iuxta di
uinaq; proculcans:ac nihil pensi habẽs,quominus ra
tionẽ arcis p̄fectam obtorto collo trahat, extremaq;
exẽpla ignominię in eã vt victã edat, p ora oculosq;
hoim traducendo,vt sępe videre est.cũ interim si ra-
tio impetũ vnũ & alterũ ferocis & pręcipitis impa-
tiẽtię sustinuerit,ex ęquo iã dimicãs minus ac min9
infestã aduersariã sentiat, quoad post anceps aliquã
diu certamen superior tandẽ euadat.In quo nõ asper
nãdam opem illud afferre potest, si animaduertatur
a nobis:ꝙ nec culpã deprecari,nec erubescere in for
tuita calamitate cogimur,& inopinata:omniũq; pro
pemodũ hominũ,bonorum quidẽ certe & grauium
inire gratiã nobis euenit,ob cõmiserationẽ sortis q̃

primũ quenq; manet necopinato. quũ res viceuersa secundissimę in vniuersorum fere incurrãt offensionem ab inuidia manantẽ quæ latissime patet: etiã si in speciem gratulatione plęrũq; excipiãtur festiua & tectorio simulationis illita. Atqui si pſpicaci animaduersione incubueris ad controuersiã diiudicandã de rebus prosperis & aduersis, (quę tñ ipsa disceptari recte atq; ordine nequit nisi ex responsis prudentum sanctioris philosophiæ) inuenies (vt arbitror) cum multũ diuq; animũ in vtrãq; partẽ versaris: ita hanc vitæ partem natura esse comparatã: vt qui rebus secundis prę͂ter modũ aut etiã magnopere effertur & hilaratur, is constitutã habere rationẽ vitę perputatamq; nequeat. qui aduersis nimiũ demittitur & contrahit', is sibimet ipse negocia facessat, & quasi quietem inuideat animi. qui eo autẽ amplius ad mœrorẽ vsq; angit', aut stomachũ ciet vehemẽtius, is irrito secum proposito impetuve incõsulto collidat' ac conflictetur, non aliter atq; si vniuersi constitutionẽ improbare Momus ille reprehensor & improbator auderet, & ex sententia animi sui immutandã censere, aut fixas leges naturę conuellere & abrogare, vt nec grauia deorsum suopte nutu, nec leuia sursum corpuscula ferrẽtur. Qꝫ nisi vt alia multa perperã & absurde iure gentium, moribusq; vitę cõparata sunt & recepta, quasiq; consultis ac decretis sapientię obrogata, ex aduersoq; perlata, sic quoq; vsu veniret a ra-

tione abhorrenti & incommodo,vt hoies fere iuuet quasi corpore saucios in vulnera, sic ęgros animi in casus tristiores cogitatione perpeti incũbere:nimirũ vulnera ista fortunę,quadã veluti cicatrice ęquitatis animi cito inducerẽtur, q̃ obliuionis instar habet & veluti rei aut nullę aut infectæ. At em̃ fieri nõ potest quin afflictetur in lõgã diẽ animus, turbine ictus tã pręcipiti, q rationis quoq; vires moderationisq; suo percellat impetu & abripiat. & calamitosum est scilicet nõ quolibet te casu perculsum esse,&(vt inquit ille)ducto e fortunæ aceruo in mediũ atq; in triuiis posito:sed raro,sed inmani,sed prope inusitato.num etiã tandẽ exitiali aut inaudito? Quasi vero si paucis ordinis purpurati aut p̄textati tuiq; memoria nostra id contigit:nõ alia atrociora in alia specie permulta contigerint,aut nõ eiusdẽ etiam calamitatis dies & fœdioris,vni & alteri & plurib9 cesserit:& cibus denique qui in eadẽ causa tecũ sunt: vt qui obnoxię nostrę conditionis prudẽs sit:& ad contingentia circũspectus:vt quotannis Etesias:sic menstruas aut anniuersarias res nouas a casibus expectare debeat. Ad summã quicquid tibi tute passus esse videare,humanum est nihilo secius qđ tibi vsu venit: anniuersariũ aut menstruũ atq; translatitiũ,non dirũ,nõ portentosum,nõ seculare.quãq̃ si eiusmodi esset,non ideo minus esset ipsum humanũ & ferendũ, quando eiusmodi & alię noxæ iugi per orbem delapsu superne casi-

tantes,necesse est vt in caput alicuius decidāt ac de-
cumbant.tametsi ita rem cecidisse mecū ipse inter-
pretari debes,vt in fortunas tuas impetus,non in ca
put existimationemq; incubuerit: quod tibi incolu-
me futurum spondere non dubitabo,si mihi & ami-
cis audiens esse dicto velis. Nam fortunæ quidem il
læ cum auctore damni sane valeant in perpetuū, se-
mel tibi vt perierint ipsæ,hacq; noxa defungare,quę
caput iam hinc tuum nō sequetur sed auctoris. Age
iam,quid si hoc quoq; doceam,vt tibi quidem res fa
miliaris constituta est:operæ fuisse precium iacturā
hanc eius rei facere,quæ importuna iam & grauis
damnosaq; rationibus tuis erat? simul quo expedi-
tius & alacrius ad portum euaderes tranquillitatis
animi,quem longiusculo iam interuallo nunc(vt spe
ro)reuises post diuturnam iactationem,quę in nau-
fragiū vtiq; erupisset,nisi ea iactura defunctus esses.
In quo ego portu hinc digressus,si te nactus arbitra
tu meo fuero,efficiā opinor e re vt incōmode nata &
auersanda,exitū hunc nō incommodissimū habuisse
te existimes:contraq; nūc tute opinare fortasse.Nūc
vero vlcus adhuc nōnihil inflammatū esse suspicor,
suspensaq; manu,& molli(vt aiunt)articulo perten
tandum.at cū tecū esse posthac,& colloquio vti corā
dabit̃,in sinūq; tuū qd censeā expromere,nimirū spe
cillū tūc alti9 adigere me pmittes,& in suadētis ami
ci eris auctoritate:post prudētiorū quoq; man9 me-

dicas & artifices: amicā noſtram manū atq; officioſam accommodari ſines. Neq; vero externa illa documenta a porticu & a philoſophia petita, tam tibi nunc vſui fore puto, q̄ domi noſtrę & e noſtra fœtura nata, e gremioq; prompta ſuauis amicitię, lenimēta quidē illa non remedia, ſed quę cōmitigatū ſemel dolorē, ſi rurſus (vt fit) vel ſuapte vi vel externa cauſa crudeſcat & rebellet, inhibeant ſubinde & conſopiant. quāq̄ rurſus vereor ne ſerū ſit auxiliū, ſi loqui tecum apertius in id tempus reiecero q̄d mei fortaſſe non erit arbitrii. Itaq; interim dū cauſas cōmeatus domūq; viſendi cōminiſcor, hoc etiā te admonebo: interea tibi videndū eſſe ſummopere, vt pro eo quantum mihi atq; aliis cōpluribus tuis amicis dolere te non latet id q̄d te nunc ęgre ac male habet, ad portionem quandā eius dolore iſto ipſe leueris: ſed cui9 portionis modus, momentū non obſcurū conſpicuūq; ad vultum tuū priſtinū teq; tibi reſtituendum faciat. Nam quēadmodū qui oneri iniquo & enecanti ſuccumbit, ſi plures ei obuii manus admouerint ſub leuantes, ipſe in pedes protinus erigitur duntaxat ſi gnauus eſt: ſic q mœrore degrauāte ac vultuoſo ſpiritus erectos ac nitidos poſuit, aut deiecit, attollere eos vtiq; ſenſim debet: atq; ex animo cōtractiore mo dice ad hilaritatē prodire & exiſtere, cū multos animaduertit ſuā vicē dolere. Alioquin iniuriā inſignē facit amicitię, lachrymas accōmodanti ſuas ad im-

minutionem quasiq; abstersionẽ vrẽtis ęgritudinis. Ac nisi quidem more hominũ inoleuisset vsus, vt medici morbo correpti, aliis se potius medicis q̃ sibimetipsi crederẽt: ipse vt ꝑmitterere tibi ac tuę prudentiæ, nullus est quin censuisset, eorũ quidẽ certe q te intus probe nouerũt & penitus. Id quoniã moribus nõ conuenit, des te amicis necesse est, q̃bus morigerum te prębere nũq̃ (vt opinor) renues, si hoc satis cogitaueris, in huiuscemodi speciebus optimã esse iuris æquiq; interpretẽ amicitiã: cuius qui monita respuit, male ille eadẽ oꝑa de se deq; amicitia ipsa meretur. Ecquis est aũt porro amicorũ tuorũ imprimis spectatorũ (vt apertius iam tecũ loquar) quin ẽ re atq; existimatione tua factũ esse censurus sit si sententiã a te rogetur: vt ex contubernio tuo facesseret illa curarũ te angentiũ odiosa scaturigo: in quã auribus oculisq; vt occursares idẽtidẽ erat necesse? Nisi vero tã pręposterus iudicii quisq̃ erit eorũ, qui tua sunt digni amicitia, vt pudendũ tibi aut pigendum casum eũ esse censeat, qui cũ mediocri facultatum intertrimento ignominiã alioquin hęsurã a capite tuo auertit ac detorsit longe gẽtiũ. Sed cęca scilicet mẽs est interdũ hominũ alioquin acrium & prudentium, quorũ transuersam egit ratiocinationẽ ęgritudo animi, improuidis illa quidem & incautis obrepens. cũ eo etiam ꝙ alioquin in vniuersum dira quædam hallucinatio ab incunabulis contracta hominũ fere men

tibus inceſſit, in rerum aduerſarum ratione ſecũdarumq; ineũda & colligenda. Vnde fit vt multo maxima pars hominum e ratione perperã & abſurde ſubducta, rerum commodarum incommodarumq; ſummam prępoſtere conſtituat atq; diſpendioſe. Id quod antiquitas ingenioſa animaduertens & perſpeciens, Themidem quandam deam commenta eſt rerum expetendarum fugiendarumq; conſultiſſimam, quã velut auctorem votorum homines conſulerent: qui quidem ſe defectos eſſe ſapientia intelligerent. cuius numinis oraculum ſacratum eſſe ſatis conſtat & collocatum in adyto ſanctioris philoſophiæ, claris quondam exemplis reſponſorũ celebri & illuſtrato. Hodie vero quoniam illotis fere pedibus illuc ſcandere ſolemus & aſpirare, nec rite ipſi luſtrati, nec fide bona (vt priſci) initiati: inconſulti quoq; plerũq; inde abimus, aut ambigua certe ferentes oracula atq; ambagioſa. Ita fit vt hominum id ſermone magis ſanctarium q̃ religione ac pietate celebretur, tametſi & vetuſta opinione & numinis maieſtate ſacroſanctum ſit publice & auguſtum. Ad huius oraculi antiſtites atq; interpretes, cum tu recta vt ſi alius quiſpiam, ire poſſis vir amice, nec deductore egeas: cauſam nullã eſſe video cur tibi quiſq̃ hac parte conſultorem ſe ingerat aut auctorem, ſiquando præſanata (vt dicit̃) mœroris huius vomica impetũ denuo ciere videbit̃. Tametſi ſuperi immortales q fieri põt vt huius reĩ

desideriũ aut damnosum tibi videri in futurũ, aut lu
ctuosum possit:cuius si iacturã facere spontaneã vt
rationes tuas nõ dubie cõturbãtis in animũ induxis
ses,amicorũ tuorũ senatus virorũ sane grauiũ & sa
piẽtũ,in sentẽtiã tuã cupide auctoritatẽ suã accõmo
dasset.Adeo qui tibi in re adhuc recenti calamitosus
euẽtus,mihi iã olim votis deposcẽdus visus est:vt q
dem erat rei natę expectatio in dies in horasq; ma
gis noxã tibi importaturæ.Nã absq; eo foret,si rẽ a
primordiis retexere nobis integrũ esset,& ad frugẽ
quandã bonã intẽperiẽ illã reducere quisq̃ posset nul
lo iã piaculo procurabilẽ:haud dubie nollẽ factũ qđ
plaudendum nunc censeo.In huiusmodi porro specie
quę & ius & consilium homini in prẹteritũ adimit:
subsidium vtiq; sapienti e re præsenti capiendũ,cõsi
liũq; tandem a necessitate mutuãdum est. Id qđ ipse
quũ iãdiu fortasse facere grauarere nescio quo sensu
affectus:cũctationẽ tibi repente deliberãdiq; faculta
tẽ hic casus eripuit.Sapiẽter igiť Ludouice mi factu
rum te existimo,in rẽq; tuã atq; existimationẽ cõsul
turum:si id qđ euenit in re impedita non incõmode,
& expedite,nõ modo luctu sed etiam tranquillo vul
tu & cõposito excipiẽdũ eẽ duxeris & ꝓsequẽdũ.Si
quidẽ qđ ad me attinet:cũ in exordio huius epistolæ
factur9 esse mihi viderer ꝓ officio amici vsuq; fami
liari q mihi tecũ iãdiu intercedit:vt te quo mõ conso
larer in re tãq̃ disiecta & profligata quę tibi magno

pere cordi esse videbatur:eo in progressu sensim æ-
stimatio rei vertit:gratulandū vt potius tibi diē illū
habere me nunc arbitrer,quo die extirpatū radicit9
seminarium tibi duco mœstitię,angoris,ac dedeco-
ris.Nam vt consiliū tuū iam(vt spero)certum & fi
xum,labefactari olim finas a quoq̄, nec ꝑ derelicto
habere tibi semel imperes quod perditum oportuit
& procul amandatum si saluus esse velles:effari quo
q; vereor, ne omen tibi faciam ad eum rei exitum
quē auersandū esse censeo.Proinde valeat illa, valeat
inquā in ꝑpetuū illa ornamētorū tuorum remora at
q; incrementorum:qua rerum tuarum calamitate ꝑ
omnium grauium elegantiumq; bonam veniam lice
bit posthac vt defunctus sis.Vale tu & salue. Nusii
in Burgundia.Cal.Iulii.

Gulielmus Budęus Iacobo Budęo Fratri S.

SI mihi in aulico hoc conuētu cōuersatio tā foret
expedita,omnibusq; agēdę in ea vitę adminiculis
commodisq; subnixa:q̄ est ipsa hominibus multis q
rationum suarū summā ad eā contulerunt destinatio
ne animi:nimirū quo parciorē nūc operā literarū stu
dio impartire mihi licet,eo plenius vtiq; & vberius
amicis meis satisfacerē,qui epistolas scriptitandi ope
ras a me nō annua sibi die qsq; aut mēstrua,sed plę
riq; etiā breuiore deposcunt & exigunt:iudicium illi
quidem statim mecū deserti officii vel iurgiū verius
constituentes,nisi scribendi diligentia expectationi

eorum perinde respondeam.quum interim ne hacte nus quidem cupiditati suæ temperent,vt in id demũ postulata sua desideriaq; concipiant ex æqui boni for mula:quãtum sit quod efficere possim cõmode nec grauate,tanti vt litem mihi æstiment,subducta vtri q; ratione & collecta quanto minoris sint negocii domi q̃ peregre huiuscemodi functiones succisiua rum horarum:quæ vt in vrbibus ipsæ in vitaq; stata ria,tempore,loco,arbitrio,omnibusq; pene facultati bus instructæ sunt & occasionibus:ita in hac turbu lenta,tumultuaria, extemporali deniq; vita quæ in star est nomadicæ & palabundæ,vndiq; sunt impa ratæ & subsidiis defectæ.nisi si earum rerum quicq̃ in numerato esse potest homini,cui in dies in horas q; sarcinas colligenti vicissim & componenti,in pro cinctu ꝓpe dixerim victitandum est. Quo fit vt per fungendi huius officii necessitas plus habeat laboris q̃ voluptatis,citra quam omnis ferme operæ præsta tio odiosa est & ærumnosa. Tibi vero germane mi nunc cum scribere exorsus essem, hoc ideo præfari mihi subiit,ꝙ literarum tuarum dies admonuit me hodierno die cum eas retractarem,quantæ moræ re us esse videar,qui mensem iam prope totum contri uerim supersedendo ac prolatando,quod quidem ad te attinet.Siquidem in ea ratione quam tecum initu rus sum, siquando ea de re me appellaris, nullos cal culos reiecturum te tantum dicito:quos quidem ip̃e

imputare in vniuersum & referre in hanc ipsam ra-
tionem multis nominibus possum. tum audebo con
tendere vel te ipso iudice, nullam ad hunc diẽ morã
cessatione mea intercessisse: etiam si inter valetudinẽ
causarios, qui permulti hic fuerũt, magnam partem
intercapedinis huius vacationem habui munerũ au-
licorum. Quoniã autem cõfido te pro tua in me ob-
seruantia exactiorem morę purgationem libẽter mi
hi condonaturum, ad locum iam venio literarum tua
rum, quo in loco Draconis fratris meministi, vt mei
amantissimi. cuius beneuolẽtiam quo magis iã olim
compertam habeo & exploratam, eo mihi certiorem
fidem facis nihil eum nunc videri non mea causa cu-
pere & laborare. id adeo, vt perinde rerum mearum
euentis secundis aut incommodis afficiatur ipse hi-
lariter aut secus: atq; si quum alea mihi huiuscemodi
iactitatur, parte idem haud contemnenda facultatũ
periclitetur. Sic est ille quidẽ certe (id quod sępe de-
miratus sum:) ad vnguem factus homo naturæ (vt
ita dicam) non perinde elegantiæ & venustatis vndi
q; consumatę, q̃ probitatis specimen & candoris ani
mi edere connitentis. q̃q̃ est ille quidem homo consti
tutione corporis & forma stata & inculpata, & (qđ
imprimis exoptandum mihi videtur:) ægritudinis
iuxta ægrotationisq; immuni. In eo certe videre est
accurate animaduertentibus, mentem æquitate pro
pemodum ciuili & charitate pia perfusam, cũ in omẽ

genus hominum ad normam eius beneuolentię ꝓpē
sam,quā nobis auctor salutaris legis CHRISTVS
cōdidit primus & suasit edicto:tū vero in eos queis
cum amicitię pactum vsu & familiaritate coiuit : eo
amplius etiam officiosam & strenuam.Proinde quū
omnia necessitudinis iura ciuilis & mysticę nostrum
vtriqꝫ cum altero intercedant:(quippe omnia con-
uictus officia perdiu obsequiaqꝫ animos auctoran-
tia mutuo exercuimus) consentaneum est vtiqꝫ,vt
quem ille amorem in cæteros suapte ingenii boni-
tate natiuaqꝫ benignitate impertit:eius amoris vim
atqꝫ suauitatem eo vberius impensiusqꝫ in me confe
rat, quo amplior ac locupletior est ea necessitudo,
quæ iuri ciuili ac gentilitio, non modo confirmatam
vsu amicitiam,sed etiam singularem & egregiam cō
iunctionem animorum adiunxit.Etenim libentes fe-
re a patris morte fecimus,quas res cunqꝫ consulen-
das agitandasqꝫ per omneis vitæ partes vicissim ha
buimus:earum vt rerum disceptationem ac pene ar
bitrium ab vtroqꝫ delata alteri permitteremus. vs-
queadeo mutua fide freti adæquantis vtrinqꝫ ad æ-
quilibrium charitatis,antiquissimam semper curam
habuimus inuicem nos consulendi,consiliaqꝫ nostra
& instituta mutuo approbandi : amicitiam vtiqꝫ
existimantes rerum esse consultissimam , cum (vt
est in Græcorum prouerbio)inter amicos iustos o-
mnium rerum sit communitas , Qua tandem con-

ſuetudine coalita eſt illa mature & adulta inter nos amicitia, & veluti clauo cõpacta tenacis fiduciæ pro poſitiq; in perpetuum fixi. Mihi vero huiuſce noſtræ amicitiæ & alias ſępe fructus vtilis & iucundus con ſtitit: & pauculis his annis copioſe ac luculenter. Nã in nouo vitę inſtituto, & in quarto fere ætatis actu, cum nouam quoq; mihi perſonam induiſſem, grauius id eſſe inceptum experiundo ſenſi, q̃ animo id prę ſumpſeram. Et cum huic perſonæ geſtus accommo dare nequirem, ambitusq; honeſti mangonio mores interpolare qui ſub priſtina occalluerant: æſtuare pri mum: inde gemere cœperam: tũ deinde animo ęgreſcere. Huius doloris lenimẽtum epiſtolarum vltro ci troq; miſſitãdarum viciſſitudo inter me & homines imprimis mihi familiares, attulit pręſentiſſimum. At inter iuratiſſimos primas ille partes ſemper mecum habuit: vt cuius & paucorum literis quaſi quibuſdã adminiculis labaſcentem animum ob vrbis ociiq; de ſiderium, erexi tãdem ipſe, & confirmaui ad ærũnas inuſitati mihi tędii angoriſq; exhauriendas: in quas impactum me videbam. Id tędii (vt ita dicã) antido tum animiq; marcoris in vultuoſa ſępe facie mihi cõ tractionem diffudit & expandit. Nam familiare hoc colloquium literis latinis gręcisve conſignatum, tam etſi eſt imaginarium, tamen in rem præſentem animũ meum ita deducit & ſiſtit, vt omnia ad verũ mihi corãq; actitari obiriq; videantur, O quoties mihi

contigit contractam temere (vt fit) ægritudinem, quæ inolitura iam erat in mœstitiam, præcordiisq; hęsura, ex animo vt abstergerem literis sic scribũdis: & tanq̃ in sinus hominum amicissimorum cõditam & depositam ex meo relegarem: subeunte quandoq; animũ sedemq; occupante alacritate protinus nõ mediocri. Id q̃d eo quoq; & pertinet & valet, vt siue iucundũ & prędicandum: siue secus quidpiam acciderit: gaudium quidem vtiq; cõmunicatione glíscat: tristitia & angor huiuscemodi expectoratiõe bona ex pte exolescant. Hoc ipso amicitię vsu fructuq; quispiã mihi interdixisset: nimirũ vt sum infirmo atq; iniquo ad perferẽdum desiderium animo, animum iam hũc ipsum nimirum desponderem in hanc ipsam beatorum insulam deportatus. Nisi vero tute rere vitã (vt ita loquar) desultoriã fortuitasq; sedes habentem tolerare me potuisse, absq; ea foret amicorũ copia quã literę mihi supplent atq; etiã implent: qui annos iam plus duodetriginta contubernium philologiæ nunq̃ renunciaui, etsi interdum vel diremi vel interpolaui necessitate coact9. Quã etiam ipsam annos cõpluscu los habui pro lucis retinaculo, alioquin inuisę: quãdo imparem esse patientiam expertus eram morbo tam pertinaci. Q̃d de meis ornamentis scribis gratulabũde, iucundum ad te nuncium peruenisse: velim te admonitum, me in ea adhuc esse expectatione euentus vtroq; ancipitis, vt compertum adhuc parũ habeam

cōmode necne fortuna mecum hoc biennio egerit, etiā si hactenus prouidentia satis ex animi mei sentē tia statuisse de existimatiōe mea fortunisq; videtur. Vale.Diuione.XI.Calend.Iulias.

Gullielmus Budęus Iacobo Sadoleto.S.

ANte sesquimensem vt opinor literas tuas accepi:quas domi relictas hactenus mente nunc repeto, vt q̄ diu ad me non scripsisses, amice & humaniter feceris vt institutū vitæ tuæ excusares, sane negociosum & ab huiusmodi officiis(vt opinor)nō abhorrens sed abstractum. Idem vero iuris in literis meis nūc ipse licebit opinor vt vsurpem,per eā ęquitatem quā in te ex literis tuis vna & ex fama cognoui. Mihi em̄ in vergentis iam vitę actu hoc contigit, vt eam personam induerē quæ primos magis actus decebat:tumq; demū in scenam vt prodirem,cum salutem semel dixisse me scenicis oībus spectaculisq; existimarē,atq; etiā id consilium animo offirmasse.Id vero quo euasurum sit nescio, aut q̄diu hoc me vitæ institutum agitaturum.hoc dicere tamen nunc ausim,quod nec dicere verebor palam omnibus, fortunæ rem istam non cōsilii propositiq; fuisse,qui rei cū q; tandē ipsius exitus futurus sit.In diuerso aūt genere vitę,atq; in hoc antiphilosophię tyrocinio,hoc maxime memini &enitor,vt idē semp aut mei simillim⁹ esse videar,nisi si melior esse cupio . Quare & hic & alibi colere amicitias eadē semp religiōe meditor,tuā

autem imprimis, quem ego vnum maxime dignũ du co cultu atq; obseruantia hominum literarum studio contendentium illustrare nomen suum, memoriamq; prorogare. Ad quod me meapte sponte factitãdum, nec segnem nec immemorem, vrget amplius & acuit Longolii nunc vestri quondam nostri testificatio, qui in rerum suarum statu commemorando, studiorũq; suorum ratione nobis explicanda iam ipsa vt video composita & constituta, tantum tibi collegæq; tuo acceptum refert (duntaxat secundum Deum, & illũ numinis instar habentem, cui te a memoria rerũ honestissimarum & ad literas attinẽtium esse opinor:) nihil vt reliqui fecisse videatur quo animi gratissimi testificationẽ augere quisq̃ atq; exornare possit amplius. Hic etsi nihil in homine illo a vobis exornando ad me priuatim pertinere iam existimo, qui Galliam vsumq; hominum nostratiũ eiurarit, aut certe dereliquerit hinc sese abdicando: quasiq; cõtuberniũ nobis & sodalitatem hospitiumq; adeo renunciando: tamẽ suscepti in hominum literatorum nationẽ officii ratio me impellit, vt quasi actor publicus a vobis stipuler aut paciscar, cuius hominis dignitatem tuendam, fouendã ingenii & studii acrimoniam recepistis, doctrinãq; illustrandã, & mihi vos ita facturos ꝑ literas spopõdistis, in eo vt hoie augẽdo, cõsumãdo, expoliẽdo, oñia cõstãtię & fidei documẽta ad extremũ phibeatis, Vale, Ambasiæ. postridie Iduũ Nouẽbrium.

Gullielmus Budęus Draconi Budęo Filio
Salutem.

SI mihi animi tui affectum & sententiā literis tuis vere significasti ac declarasti, est quod mihi tibi q; congratuler. mihi,q; non frustra fuisse hortamenta mea video apud te, sed ita profuisse vt posthac minus ac minus hac de re sollicitus esse debeam. tibi,q; rectę disciplinæ viam ingresso breui constaturam video contritæ in ea ætatulæ rationem impensæq; operæ. Nam cum ingenio mediocri ad id studiū natus sis: nec prælectoris locorumq; enarrandorum explanatoris commoditate, copia, hortatuq; deficiaris: nec librorum inopiam aut scholæ incommoditatem excusare iam possis, aut aduersam valetudinem: quid tandem vetare potest quominus ex ista animi offirmati contentione, cuius mihi fidem epistola tua fecit, profectum quendam non translatitium, non quēlibet sperare expectareq; pro temporis intercapedine debeamus? Itaq; meminisse te etiam etiamq; oportet quatenus te hac epistola quasi chirographo quodam legitimo obstrinxeris: ne si mihi ad vltimū vtiq; quadrantem exacturo quod hac pollicitatione debetur (vtpote qui ne mihi quidem indulgere solitus sim) ad diem nō satisfeceris, fidem tuam apud me in perpetuum labefactatam experiare luculento tuo dispēdio, opinionisq; detrimento. Caue vero tibi in eo spem vllam aut veniæ aut frustrationis promiseris,

quasi qui acer & diligens exactor futurus sum, non idem esse accuratus ęstimator & perpensor meminerim eius quod mihi quasi operis faciũdi locatori reddideris effectum: qui vt omnia ex syngrapha ad vnguem exacta præstiteris quę inter nos cõuenta sunt, ita accepto laturus sum quod mihi deberi certo scio, nec alias paternam indulgẽtiam agniturus. Nosti autem nisi plane hebes aut immemor factus es, neminẽ me hac in re fallere, nullam mihi in præstatione imposturam fieri posse. Præceptori tuo scripsi quid te tuosq; facere cõdiscipulos velim: id scilicet quod in rem tuam & e moribus sensuq; huius sęculi esse video, & cõditione vitæ in quã te deuoueo. cui te sęculo & cõditioni accõmodare omnem industriam necesse est, eoq; intentionem tuam spectare, mores & ingenium quasi ad id speculum afformare q̃appositissime. Date igitur pręceptori: da primo cuiq; amicorum & bene cupiẽtium, qui tibi pręlectorem se, pręitorem, aut præmonstratorem benigne præbuerit. Sunt enim huiuscemodi nõnulli eximia comitate præditi: qui ꝓbas puerorum indoles spontanea benignitate cõplectuntur & charitate. Id tu si feceris ex animi mei sententia & ad modum a me præscriptum: & fratres tuos pro captu ętatulę iuueris, exhortatusq; verbo atq; exemplo fueris: rem mihi gratissimam feceris, & tibi non frustra tandem futuram deo bene iuuante.

Vale, Ambasiæ, XII, Calend. Decembris.

Gullielmus Budęus Draconi filio Salutem.

EX autographis literis tuis intellexi te vel valetudini pristinę restitutum, vel corpus iam commode conspicueq; recreare. quare pręcipuam iam illam curam tibi esse oportet, vt acceptum interim damnum causaria vacatione, diligentia & attentione cōduplicatis sarcias. Id qđ te facturum cum literæ tuæ polliceantur, videndum tibi etiam etiamq; vt ita re atq; opere præstes quod vltro magnificuleq; promisisti, ne vaniloquentiæ propediem aut leuitatis damnari a me possis: id quod omnino futurum esset, si mihi verba data esse sentirem. Duos iam mēses istinc a vobis profectus sum: futurum tempus eadem celeritate præterlapsurum est. Quare nisi & mādatorū meorum, & pollicitationis tuæ memor, acri intentione tibi institeris ipse: ac mihi opus effectū exhibueris: pfectumq; & probatum arbitratu meo præstiteris: id est nisi absolutū tuum stilum pro captu ætatis & modo temporis qđ in literis condiscendis impēdisti, mihi approbaueris, cū iis etiā quæ accessionis nomine quasiq; parerga pepigimus: nihil video in quo veniæ fiduciam sitam habere possis nisi in impudentia, qđ ominari nolim: si quidem frōtē perfricare possis ipse, osq; istud pudibūdum & ingenuum obdurare aduersus obiurgatricem excandescentemq; faciem parentis. Quod te facere posse etiam si maxime obstinaue

ris,haudquaq̃ mihi persuaserim inuita ac repugnante natura, quæ prætextati pudoris notas in ore tuo, vt si in cuiusq̃ impressit,igniculorumq́ʒ specimen,ad iustam cõtentionem deinceps per ætatis gradus flagraturorum.nisi si mihi imposuit (quod persuadere mihi nolim) animus quidam iners,torpidus,& marcens,sub integumento ac tectorio latens impostoris vultus atq́ʒ mendacis.cuiusmodi tamen (ne erres) simulachrũ fallere diutius perspicaces oculos nostros nequiret,etiã vt hactenus fallsum me habuisset. Q̃zq̃ si in eo quoq́ʒ spei quicq̃ esse posset: ne sic quidẽ (vt opinor) ex vsu tuo tãdem futurum esset. Nam quo diutius ludificationem,frustrationemq́ʒ pertulissem: eo acerbius in te animaduertendum esse censerem, animoq́ʒ paterno facile persuaderem. Cõsumptis eñ simulationis tuæ commentis:& abrupta iam patientiæ meæ cunctatione: (quod intra vnum aut alterũ annum fieret) tectorium protinus illud manifestotam errore meo q̃ crimine tuo vltro ponendum tibi esset:aut a me certe deprehenso tibi conuellendum infestis tum fortasse manibus & aduncis,quod abominor:fronsq́ʒ illa impostricula & subdola nudanda, & aperienda summa cũ tua ignominia.Proinde Draco fili iisdem vestigiis insistẽs institutæ a te disciplinę:gradum aliquãtulum accelerans,ac pro ætatis incremento plureis in dies plureisq́ʒ numeros intentionis animaduersionisq́ʒ adhibens : quo magis in dies

pueriles lusiūculę ętatisq; íneūdę rudiméta decedūt:
facito tute libens aduentantis vt ætatis iura naturæ
prolixioris adminiculatione prçsumas, ac cogitatiōe
vsurpes. Nā cum translatitię laudis est, in ordinemq;
cogēdę industriæ, iusto legitimoq; tēpore parte qua
q; vitæ perfungi: tū vero nisi tui istius curriculi finis
in tempus hoc meum opportune cōpetierit: aut fru-
ctum vtiq; speratum laboris nequaq̄ ipse adipiscere:
aut certe serū atq; intempestiuū. Vale. Nonis Maii.

Budęus Brixio. S.

Ἀπέλαβον τὸ ἐπίγραμμα τὸ σὸν ἀστεῖόν τε καὶ κομψὸν περὶ τοῦ λογγωλίου, πρὸς οὗ δὴ αὐτὸς ἐπιστολὴν ἄρτι ἐκομισάμην λογιωτάτην ἐκ παταβίου. οὗπερ νῦν οὗτος ἄγει τὸν βίον μάλα σπουδαῖον, εἴ τε παρὰ τοῖς ἐκεῖ πράττων ὡς λόγος, καὶ κατάξιον. Diu tibi nō respōdi: quoniam in hoc vi-
tæ instituto parum mihi vacat scriptionibus incum-
bere, ne domi quidem esse. cui tamē per inertiā trāsi
gere hanc vitę particulā, & (vt proprie dicam) ἀπραξίαν ἐργάζεσθαι, ἐν τῷ διαμυθολογητικῶς τε καὶ περιπατητικῶς τοῖς αὐλικοῖς ληρήμασιν ἐμφιλοσοφεῖν, legitimarum actio
num instar est, functionūq; ciuilium. ἀλλὰ τί ἂν πάθοις, ὅπου γε ματαιάζειν ἤδη καθῆκον καὶ δὴ καὶ εὐπρεπές ἐστιν ἐν τοῖς οὐδὲν ὑγιὲς ἐπιτετηδευκόσιν, εἴ γ' ἀκριβολογεῖσθαι περὶ τῶν κατὰ τὴν αὐλὴν θέλοιμεν. Neq; nūc (vt opinor) scri
bere tibi in animum induxissem, nisi res noua conti-
gisset: quam citra amicitiæ iniuriam prætermittere
nō poteram. Memini cum Marliano secessu fruerer,

amice te & beneuole magna & eleganti epiſtola me cum egiſſe vt in vrbem redirẽ ἀκροάσεως ἕνεκα πιθανωτάτης καὶ πρὸς τὴν σωτηρίαν τὴν τῆς ψυχῆς καθηκούσης. Ecce tibi par pari. ὁ αὐτὸς φουρμούνδος ὁ δεινὸς ἐκκλησιάζειν, τήμερον ἐπεβάλετο τοῦ ἔργου καταθυμίου σοὶ καὶ ποθουμένου. οὐχ ἧττον δήπου ἐνταῦθα ἐνώπιον τῆς αὐλικῆς ἀκολουθίας, τοὺς πρὸς εὐσέβειαν προθυμουμένους, ἢ πρόσθεν παρ᾽ ὑμῖν, ψυχαγωγήσων. Id quod tibi p̄dictũ oportuit, vt ſi tibi ad huc religio itidem vt dudũ cordi eſt: & in corde tuo reſident reliquię & aculei ſanctificę hominis facũdię animas perliciẽtis, qua te totũ ille ſuũ fecerat: tute cõſilium illico huc aduolãdi capias, Reginãq; obiter officii gratia inuiſas: operam hãc lucrifacturus. Quid agam: quid non agã: quid mediter: quid iam nõ animo agitem: Deloinus noſter nouit, ex quo ſcire poteris. Vale. Blęſis. Poſtri. Cal. Decembris.

Budęus Brixio.

NVnq̃ mihi meus peculiariſq; tam placuit Deloinus, q̃ noſter iſte amborũ iam cõmunis, cuius imaginẽ vel effigiẽ potius ad te remitto in tuis verſibus elegantiſſime ac doctiſſime expreſſam, cũ eo tamen vt inde ſaluam in poſterum actionem eſſe mihi ne ignores, ſiquãdo tecũ acturus ſim atq; etiã criminis poſtulaturus ob amicũ mihi magna ex parte pręreptum vel abreptum potius & interuerſum. quem ſentire cœpi (vt eſt glorię auidus) propẽſiorem iam in te factum. Proinde vide vt tueri hoc tuum factum

possis, siquando res ad Lascaris nostri disceptationẽ venerit, quo non minus æquo iudice futuro vsurus sum vt confido, etiam si intra tua septa conclusus sit hospitioq; deuinctus. Mitto tibi ineptulos quosdam versus ac tuorũ dissimillimos. Sed heus tu. hoc interim paciscor, vt apud te premãtur: atq; adeo si ita tibi videbitur, vt opprimantur. Nam ita demum eorũ auctor ęstimationi suæ cautũ esse censebit: si a te vt fugitiui non exierint. id quod ne fiat: eos interire nõ recusat. Vale.

G. Budęus Draconi filio S.

Literæ tuæ haud dubia iam fide testantur egregium te animi impetum concepisse ad instaurandum pristinũ tuum studium. quod cũ satis ipsum dudum feliciter procederet, & apposite ad id vitę institutum capessendum quod e re tua atq; existimatione mea futurum videbatur: & simul tempori meo accommodatum: incommoda subito ægrotatione tua factum est tenorem vt cœptum succedentemq; abrumpere cogerere. Et tuum quidem illum casum cum non ante resciuerim q̃ te conualescere quoq; nũciatum est, ac propediem restitutum iri integrę valetudini: te statim ipsum & præceptorem tuum literis adhortatus sum vt detrimentum temporis humanitus acceptum, sarcire contentione mentis congeminata niteremini: docendo ille præeundoq; quatenus assequi posses: tu audiendo attentissime, ac tibimet

ipsi accurate instando,nē maturantis eius diligentiā vrgentisq; destitueres. Verumenimuero cum ex eius rursus literis intellexissem eiusdem ipsius morbi non nullas superesse reliquias: laterisq; dolore nocturno somnum tibi interpellari: nunc etiam te infirmiore adhuc esse habitudine,q̄ vt iustum laborem ipse im perare tibi ausit:non potui non assentiri hominis cō silio,qui languidiusculis adhuc viribus parcendum censuisset & indulgendum:eoq; vtendum tempera mento,vt quanta esse videretur corpusculi exhausti recreatio,tātam ille tibi operam iniungeret,pro por tioneq; redeuntium virium deinceps laborem impe raret.Qui si cupide & abrupte in curriculū te redu ctum, ad procursum alium aliumq; inconsulte ade gisset:pro eo vtiq; vt pręeuntibus anteuerteres,lon gissime fortasse retroactus repetitiōe morbi fuisses. At nunc cū vestris amborum literis tibi te mihiq; re stitutum esse nō addubitem, ac morbum ipsum pla ne semelq; decessisse:admonendum tm̄ te habeo, mi hi iam causam esse cur confidere debeam ac mihi ipse spondere,istius te conualescentiæ clara posthac documenta daturum epistolis scriptitādis in dies e mendatioribus.Neq; enim flagrare in te diu poterit tantum istud studium literis incūbendi: quod literæ tuæ præ se ferunt:& illius attestantur:& non luculen tum in dies inde existet doctrinę incremētum.Quip pe quum nec ingenio infelici, nec vulgari iudicio

natus sis,& pceptoré habeas summę diligétię, vt tu te ad me scribis: qué insup ipm ego nouerim haud quaq̃ esse iusta eruditiõe defectũ. Simul illud meminisse te volo: ne pleno quidé profectu in literis ac deinceps in vlteriora progressu tuã te mihi industriam plane approbaturũ, nisi illud quoq; accesserit, in iis vt exercitationibus liberiorũ horarũ excultũ te præstes & pro captu ętatis absolutum, quę velut assecle sunt studii literarii. Nam vt harũ artiũ comitatu instructior est literarũ peritia atq; vendibilior: ita si iis careat, proferre se plausibiliter in celebritaté vix potest hoc tépore, quasi aut mãca aut cõmuni sensu desecta. Nec cũ ista tñ exercitamenta a plurimis animi causa & vice laxamenti suscipiantur: pudoris erit tui a nobis postulare, vt huiuscemodi additamentis operarum succisiuarũ, quicq̃ tibi remittam9 legitimarũ functionũ quæ omniũ sunt & dierũ & horarũ. Vale, & memor semper esto eius qđ aliquãdo de me audisti corã: quo teneriore ętate mores elegantes capesses, scitisq; affectibus corporis assuesces in omni munere vitę: eo tibi omnia procliuiora visum iri, dexteriusq; cessura & lepidius cũ eorũ vsus venerit. Vale rursus. In aula. tertio Nonas Iunias.

G. Budęus Draconi Budęo filio S.

GRatum est mihi Draco fili, q͏̃ velut gentilitii nominis studiosus, enixe a me contédis, vt epistolis scriptitandis volumé tandem iustũ absoluam,

quod paucis annis incohatum eſt.Id quod cũ ſponte mea facere aliquando in animũ induxiſſem:tamẽ nõ nihil animũ ipſum quaſi iam remiſſum & ſocordẽ, huiuſq; vitę labore,& velut ęrumna quadã ambitio-nis tibi fratribuſq; obeunda,ſemifractũ, exuſcitat & acuit ingenua & commendabilis exhortatio tua.Verum id quominus factitẽ,nõ tã aulica negocia(quã q̃ non pauca in cõmentari me volentẽ incurrunt:)q̃ incõmoditas efficit multifaria:lociq; imprimis identidẽ mutandi neceſſitas.Quoto eñ die,hebdomade dierũ iam altera,licuiſſe mihi putas, vt lectioni ſedentariæ vel ſcriptioni incumberem?quippe cũ nec hoſpitiorum anguſtia & opacitas (præſertim turba miſcellanea circunſtrepente,)hoc admittat:nec curſitandi neceſſitas,partim ad Regis pretorium,quod plus minus mille paſſus nũc abeſt ab hoſpitio meo: (ſi tamen id hoſpitium eſt,cũ villicis, cũ equis meis, cum auibus villaticis eodẽ in cubiculo verſari corta liq; conuentu:noctu gallinaceis vigilias noctis accinentibus.)partim ad alienas menſas & quaſlibet vẽ titandi,quibus quaſi ſupparaſitari nõnũq̃ neceſſe eſt cum ſpes omnis honeſtior(vt ſunt aulę fortuita) decollauit:nec cauponulę præſto ſunt: quas adire citra ignominiam honeſtiores poſſint.diuerſari eñ nobis neceſſe eſt in gurguſtiis ſemirutis & iterdũ perpluẽtibus,in quibus ſupellex ſæpe nulla niſi Cynica viſitatur.Quibus in moleſtiis iuuat me aliquando in ęta

te iam segniore & remissa permulta experiri, quorũ hactenus insolens & prorsus inscius fueram:& qui copiosam plerunq; vitam,certe nunq̃ non instructã ciuili victu traduxi & composito:nunc inopiam ferre cõdisco,& paupertatis vtor cõtubernio.id est oculis & vsu omniq; sensu iis assuesco,quę dũ domi atq; in vrbe animo meo obsequebar, stomachũ mihi vel intuenti tm̃ e longinquo mouissent.vsqueadeo rudis & ignarus rerũ eram humanarũ in quibus vita versatur. Vale.postridie Nonarũ Aprilium.

G.Budęus Draconi filio.S.

EX iis quæ nouissime scripsisti parum iucundã tibi puto gratulandãq; videri meam trans Alpes cum Rege futuram profectionem:cum alias ob causas:tum vero q̃ istic te relicto comitatũ regium procul lare familiari charisq; pignoribus secuturus sum,ac fortasse etiã in castris versaturus. Velim igitur rem vt ipsam cognoscas aliquãto introspectius: sicq; ęquiore animo sententię meę pareas & acquiescas.Nunquid igitur tute censes si mihi vitę meę rationẽ arbitrari liberũ esset:atq; ex sẽtẽtia animi cõstituere addicti,vt nosti,bona fide literis atq; deuoti: id consilii capturũ me fuisse, hac potissimũ vt ætate asseclam me facerẽ ac comitẽ alienę volũtatis: assensoremq; arbitrii aulici & sectatorẽ,nihil fere fixũ habẽtis semelq; cõstitutũ? Nõ opinor arbitraris. Quid enim homini simul literarum studii amantissimo: si-

mul quietis vrbicæ immunitatisq; ambitus cupidissimo,ad memoriam ocii studiosi in futurũ prorogandam q̄longissime: cum hoc (vt ita dicam) ocio negocioso:nõ operarum illo quidem inertium functionumq; futilium & inaniũ habente vacationem atq; immunitaté:sed ingenuarũ potius,& officinę sapientiæ,naturæ præstandarũ:excolere sese ornamentis liberalibus perpolireq; cupienti:Ecquid autem molestius aut certe minus oblectabile homini esse potest, qui musarum sodalitio atq; contubernio borã iã ętatis partem florentẽq; assuetus sit: ac glutino quodã vsus diuturni ita consociatus,vt ferme cũ ipsis omni sensu atq; affectu coaluerit:q̄ protin9 inde dirimi atq; dissociari in diuersumq; migrare:idq; ętate(si diuis placet)duriuscula,q̄ imbuta iam & contracta sit (vt est in prouerbio gallico) & plicatilẽ situm atq; habitum contraxerit & ita retinuerit:vt in diuersam faciẽ nisi ęgre reconcinnari nõ possit: Mihi vero ad eam molestiam hoc etiam accedit, ꝙ qui inter meæ sortis professores nuper non emeritus quidem ipse sed veteranis proximus existimabar:in hodiernæ vitæ instituto quasi tyrociniũ factito:in qua veluti disciplina rudimenta quoquo modo posui,elemẽtis imbutus artis neq̄q̄ trãslatitię ęgre ac gemebũde.Quapropter mecũ esse actũ nec ꝑclare nec indulgẽter a ꝓuidẽtia hoc casu existimarẽ:nisi opera nunc tibi cęteræq; familiæ meę nauãda,natiõiq; fortasse literato

rum in vniuersum,fructũ olim mihi constaturũ ope rę[q]; preciũ sperarem & considerem: in iis etiã tabu lis quas institui ad quęstum auctum[q]; liberalem, nõ ad conditionem censu amplificandã,quã in partem rationũ Mercurii quęstorii numen vix vn[q̃] expertus sum pręsentissimũ. Tibi vero in p̃senti antiquiorem nullã curã esse volo,[q̃] quomodo in tuo munere te p̃beas gnauũ at[q]; officiosum: in causam[q]; cõmunẽ ac gentilitiam incumbas obnixe & alacriter: & ꝓ pue rili nunc parte auspiceris quod olim pro virili facien dum sit,vt nomen nostrũ vicissim quo[q]; illustres & certatim imitatione exempli domestici. Ad quod cer te omneis tuos sensus tute comparare eo enixius & pręfidentius debes,quo procliuiora longe omnia of fensurus es post me orbitę tibi ductorẽ compẽdii[q]; pręmonstratorem. vt interim id mittam,ꝙ ętas tibi ęqualis ętates exceptura est literarũ plane instaura trices. Quan[q̃] si recte rem expendas: non tam tibi de cus quęrendũ hac industria pariendũ[q]; :[q̃] tuendo cu mulandum relinquo,retinendum[q]; quod partũ inue neris. Cuius rei consideratio non securitatẽ tibi face re sed solicitudinẽ debet acriorẽ[q]; contentionẽ. quip pe qui non nescius sis (vt opinor) quãtũ te dedecus pro hoc maneat hæreditario decore (quantulum id erit cun[q]; si diutius vixero) si quidẽ hoc cõmittas vt tan[q̃] degener, nec agnitu digna proles, tuẽdo medio cri nomini impar fuisse videare. Vteris igit̃ si sapis

istius ętatulę facultate satis a natura instructa, omnq; rerum occasione quas nūc habes tanq̄ in numerato: ad eamq; contentionem accinctus, hortamenta condiscipulis factitabis: ne si expectationē meā de te atq; illis vos destituisse vulgo innotuerit: causari iam iure nequeam labores: curas: angores: omniaq; huius instituti incōmoda quod nuper ętate iam grandi suscepi: non mihi cupiditatiq;: sed vobis posteritatiq; perferre. Qꝫ si (vt spero) pro ingenii ætatisq; captu & facultate mecum tute conspiraueris & contenderis: spes est vtiq; foris me & tanq̄ militiæ, te domi & in quiete certatim rem gerentibus: gentilitiis imaginibus nostris splendorē in dies maiorem plenioremq; accessurū. Vale. Blęsis. X. Cal. Ianua. MCCCCCXX.

Gullielmus Budęus Ioanni Curtino S.

LAEtatus sum ex literarū tuarū lectione, eo maxime ꝙ enatam inter te & Draconē meum video egregiam & gnauā istaq; in ætate decorā contētionē, documentum mihi dandi operę a vobis impēsę in studio literarū atq; in gymnasiolo nostro: eamq; ob rem impulsus sum & perpulsus cū mihi non multū ocii suppeteret epistolis scribūdis, tamen vt quantā operam hanc vobis darē, tantū ego lectioni detrahere atq; cōmentationi horarū succisiuarū. Tibi aūt & illi maxima cura vidēdū est, vt quā mihi expectationē profectus epistolis vestris excitauistis, eam crebris epistolis accurate scriptitandis alatis in mente

mea atq; tueamini,etiã si per occupationes nõ respõdero:simul ad extremũ ne fallacem istam animorum alacritatem fuisse sentiam, meq; a vobis inani ostentatione circunscriptum esse olim indigner,& vobis succenseã.Id quod etsi ominari vereor,testari tamen ac prædicere operęprecíũ esse duxi. Etenim q̃ nũc iocundum mihi est industriæ vestræ specimen quod a vobis profertur:tam mihi esset olim acerba frustratio vestra cognita & conuicta quasiq; impostura.Per gite igitur Deo bene iuuante curriculũ hoc primum encyclopędię prosequi,qđ ad mediam ferme iã partem confecistis,eo ad reliquã peragendam alacriores minusq; anheli ac suspiriosi futuri, ꝙ prǽterq̃ exercitatio laborem in dies leuiorem iucundioremq; faciet,omnia quoq; prona a medio ad calcem & metã esse experiundo intelligetis.Porro quum locũ idoneum studio nacti sitis, præceptoremq; contubernalẽ assiduumq; habeatis:huius etiã tẽporis felicitas & literarũ bonarum gloria atq; illustratio,acuere vel inertia ingenia somniculosaq; debeat:quid est tãdem qđ excusare possitis,si parentũ voto,epistolarũq; vestrarum magniloquentię, ꝓ portione tẽporis non satisfeceritis atq; responderitis?Proinde hęc & huiuscemodi alia aĩaduersa vobis esse oportet,iugiq; cogitatiõe versata,vt mẽtis ꝓspectũ nõ in p̄sens mõ tẽpus & instãs,sed etiã in futurũ q̃lõgissime ĩtẽdatis . sic fiet ne turpẽ & fœdã illã improuidorũ & socordiũ asseclã,

habeatis olim comitẽ,quã Grçci Metanœan,nos pœnitẽtiã vocamus.Vale:& condiſcipulos tuos ad eãdẽ tecum contentionẽ curſus cohortare:parẽteiſq; tuos verbis meis ſaluta.Ambaſię.XII.Cal.Decembris.

Gullielmus Budęus Draconi Filio.S.

Literę tuę vnę & alterę fidem mihi plane faciũt te animum iſtum literis bona fide appulſum & addictum conſtanter ſeruaturum.quo nuncio a te ꝓficiſcenti nullus eſſe poteſt cui libentius euangelia debere me agnoſcã.Vide vero tu etiã etiamq; vt cõſtãter id ſtatueris,qđ te facturum pollicitus es,ne ſi aut verba a te mihi data(quod abſit)ad extremũ cõperiam,aut ab indole tua vt fallaci aut mẽdoſa impoſturam eſſe mihi factitatã:in fraudẽ ex eo luculentã incidiſſe te ſero tandẽ pœniteat:nulla vtiq; ipſam diligẽtia ſupplicíq; obſecratione deprecabilẽ.Nã quid cauſificari olim poſſes:ſi expectationi meę & tuę pollicitationi profectu conſpicuo nõ reſpõderes?Prçceptoris induſtriã atq; officiũ?at ea ais tibi ita conſtare,vt nihil diligẽtię ab eo deſideres.Ingenii tarditatem?at quid efficere mediocri ingenio iſto queas ſi operam inſumpſeris,mihi magis q̃ tibi credidero. Neq; non omnia a me tibi ſuppetunt ad iſtud quod agitur,indulgentius etiam fortaſſe & prolixius,q̃ qđ abunde eſſe alteri videretur.Proinde ꝑciſam vndiq; tibi ſpẽ, & regreſſum ad veniam ſatis perſpicis, niſi inculpatam curam atq; irreprehenſam in hac perfungenda

Nota

prouincia adhibueris,quam ad tempus definitum ti
bi mãdatam meministi:& libẽs suscepisti.In qua eti-
am hoc inest,vt euentum præstare tu debeas si mihi
probare te contendis.nisi si maior vis aliqua in excu
sationem cessura sit:quæ legibus omnino superior es
se videatur.Neq; vero hæc ideo contestari ac prædi-
cere in mentem mihi nunc venit,ꝙ quicq̃ addubitẽ
de voluntate tua mihi ea sponsione obstricta, ideoq;
nunc quasi suspectam fidei labefactę postulem ob ali
quod tuum factum dictumve: nihil quicq̃ nobis hu-
iuscemodi incommodæ suspiciunculę incessit: sed li-
bens hoc facio tuum vt animum ad id acuã & inci-
tẽ, ad quod suopte nutu atq; impetu propẽsum esse
video:quãdo cordi tibi esse eam commonefactionẽ
sensi.cum hoc quoq; ꝙ extẽporali huic scriptioni ali-
ud argumentum potius non occurrit aut prompti-
us. Quod de tua mecum peregre profectiõe scribis,
actam te rem agere satis suspicari te arbitror: neq; si
tui arbitrii rem facerem,optionemq; tibi darem libe
ram,arbitror te id consilii capturum , vt tempusculi
intertrimento quod tibi occasio raptim præteritu-
ra nunc indulget,animo isti tuo gestiẽti ac præpro
pero obsequerere. Bimam aut trimam diem tibi for
tasse præstituit tua ratiuncula:quam quasi appendi
cem meæ aut cum ea implicitam, absenti tibi aliud
q; agenti vt colligam necesse est:& ad modum æta-
tis meæ captumq; facultatũ subducã & attẽperem:

nisi cõturbatas tibi cęterçq; familię rationũ tabulas aut confusas excedens e vita relicturus sum. Tabularum aũt huiuscemodi conficiendarũ nondũ ita tu cõcipere formulam per ętatulã potes: vt summã consilii certi atq; instituti domestici colligere apte atq; apposite possis ad tẽpus: sortem: & facultates: cęteraq; animaduertẽda q̃ rationib9 nostris isunt. Quocirca ęquũ est assensum tuũ arbitriũq; te p̄bere in vniuersum obtẽperatura, quasiq; pręsto sistere mihi passim ad imperia accipiẽda, ac quicqd indixerim muneris aut operis obitura cũ summa ęqtate animi. Proinde cæteris de rebus in vtrãuis aurẽ vt dormias licebit: id modo accurate videas, quonã modo tãdẽ intra id tempusculũ qd̄ cũ cœli solisq; vertigine rapitur, mihi suscepti a te operis inspectori futuri, recta atq; elegãti doctrina excultũ animũ tuũ perpolitosq; mores p̄stes: dignũq; te ipsum idoneũq; exhibeas, qui in publicũ celebritatẽq; hominũ quasi in scenã ac theatrũ ꝓducare citra sugillationẽ vllã nostram. Velim vero vt cogitatione pręsumas te in id tempus incursurũ, quo rusticitas morum & crassa (vt aiũt) auitaq; Minerua, ab omni pene ordine, omniq; cœtu & sodalitate lauta & honesta explosa est & abdicata. vt qui specimen sui daturus prodeat in medium: ad Momi (vt ita dicã) speculum afformare mores, sermonẽ, habitumq; debeat, nisi obrui risu cauillisq; non nolit, simulac primore aspectu ad populũ primoresq; offẽ

derit.Enimuero ad hanc fiduciā sui comparandā,nō modo labor vehemēs,& assiduus cū naturę cōgruē tis adminiculis:sed etiā acris & sibi semp instans ani maduersio valebit:peruigilq; & circūspectatrix ani mi cōtētio,omīa perlustrās & auscultās q̄ ad sensum cōmunem pertineant in moribus iam receptis insti tuendū ac perdocendū.Porro qui in celebris cōuer sationis atq; honestę(vt sic loquar)officina expoli tus,vocis ac facūdię fiduciā a literarū studio sibi cō parauerit,cū decentia habitus,motus,status,omniq; corporis affectu venusto,ingenuā atq; emēdatā edu cationē prę se ferente:simulq; hęc oia salibus nostræ ętati gratis ac candidis condita & aspersa : is demū omnes(vt sic dicā)numeros vrbanitatis atq; lepo ris tenet,quę gratiosos ipsa iuuenes faciunt,& a con tuitu statim cōmendabiles & admittendos quocūq; introierint.At vero huius disciplinę artificiiq; tyro ciniū nisi ista ętate adolescentuli auspicentur: nō per inde vtiq; postea ætas iam contumacior docilem se prębet,& quo velis cūq; flexilē & versatilem.quū in terim mera literarum doctrina,q̄libet ab incude cō formatos aut a malleo ductiles mores afferat,horri da per se & ad vulgus primoresq; offensatrix fere sit quoad expolitionem quoq; elegantię a celebritate & consuetudine nitidiorum iuuenū addiderit:atq; suā cuiusq; sęculi ordinisq; palęstrā:quę velut condimen tum fusa atq; imbuta p oēs actus vitę ac partes esse

debet,& cũ decoro consociata personæ cuiusq; atq; ætatis.Atq; hæc est fere indicatura adolescentis hoīs aut iuuenis: qui naturæ dote pditus cũ esset,laborē, industriã,atq; exercitationē summa cura in annis p-textę adhibuit,ad absolutionem sui,quo vendibiliorem in toga virili se redderet:ad honoresq; adipiscendos aptũ & cōmēdatũ in vulgus & optimates,apud quos attollere tũ demũ vultũ,& verba facere potest. Vale.Blesis,peruigilio Natalis dñici.M.D.XX.

G.Budęus Baptistę Flisco.S.

NOn inuitus vt agnoscam Baptista doctiss.ingeniorum sympathiam tibi mecũ intercedentem ad beneuolentiã naturæ sponte conciliandã,epistolæ tuę fides efficit cũ singulari humanitate.Mentiũ eñi consensum inter nos atq; iudiciorum animaduertisse videris,e scriptisq; meis obseruasse,q eã ad me epistolam scripseris.Quo fit vt tuo merito redamãdum te habeam,qui mihi amicitiam tuã defers, quasi naturæ affinitate necessitudineq; similitudinis peculiariter commendatam,præter charitatem illam latius fusiusq; patentē,qua literarũ elegantiũ studiosi & cupientes,cōmendati inuicē esse debēt:atq; inter se beneuolentia prosequi commodaq; ęmulatione.Qz vero iudicium meũ de homine peracuto magnopere postulas:dicendi etiam facultate(vt in eo genere)pdito:quasiq; adiurante me amicitia naturæ spōte cōtracta,sententiam me rogas de re in magnam iam

controuerſiã ſermone hominũ deducta:in iudiciũq; tracta doctiſſimorum variis admurmurationibus: ęgre equidẽ adducor ſententiã vt proferã literis con teſtatã.quippe qui rẽ ita natã eſſe videã,rerum vt ille nouarũ aſtructor ac diu inauditarũ: receptarũ vero fixarũq; opinionũ abrogator & exploſor:mira fiducia(ſiue illa eſt vt multi volunt cõfidentia)ſubnixus in certamen periculũq; iudicii frequentiſſimi nõ ſordidatus:non ſquallidus:non demiſſus prodeat: nullo depcatore:aduocatis nõ paucis comitat9: cauſidicis ſuccinctus nõ infacundiſſimis.Hic vero qui vir,quã taq; exiſtimatione fuiſſet:niſi plauſitante ſtudioſius turba & comitatu ſuo,ſuſceptæ a ſe perſonę,cõſenſu q; deinde doctiſſimi cuiuſq; delatę, obliuiſci inſtitiſſet:ex eo intelligi poteſt, q in actu arduo & pene intractabili apud aures huiuſcemodi argumentorum inſolentes:non ante deſtitutus eſt ab orcheſtrę & ordinũ bona parte,q̃ flocci iam factitare iudiciũ theatri tanti viſus eſt magnę parti prę animi contentione, vnaq; cõmunis prudentię reuerentiã atq; auctoritatẽ decoriq; calcare.Quę ſimul ipſa contentio nõ iã charitati publicę vela,cęterũ irę acerbiori pãdere,atq; peruicacię ſuſpecta eſſe cœpit: quorũdamq; adeo opinione cõperta : frigere iam homo ad optimates: nec ſecundo populo tenorẽ vt antea argumentũ nouum fabulaq; perferre. Et quidẽ q̄d ad me pertinet: vt primũ vir ingenioſus & acer in ſcenã prodire cœ

pit doctrinæ ſpecimine vno aut altero in publicum, deſignabunde quidē illo fortaſſe, ſed tamen circunſpecte edito:libenter ipſe atq; etiā cupide feci vt me ſtudio eius faterer admirationeq; teneri. quippe qui eximię ac ſingulari doctrinę,vindicandę veritatis fiduciam cū animi prę ſtātia addidiſſet & cōiunxiſſet. Quotus enī quiſq; innocētiæ ac veritati fauens hoc non faceret:vt quē hominē videret publicam vicem ęgreferentem, q̄ error atq; ignorantia dira per rerū actus ſummos graſſantia cū impoſtura, ius adeo vſq; facere in noſtra capita fortunaſq; valuiſſent, cōmunis iam vt ſenſus ferendę veritati ac ne audiendę quidem eſſet:eum vt ipſe hominē ingēti ſtudio fauoreq; proſequeretur:diuq; ſuperſtitem eſſe cuperet & incolumem, q̄diu quidē certe incumbere ſtatuiſſet ad ea peſſundanda dedecora,rectęq; intelligētię ſplēdorem in mediū proferēdum & expandendū.Id enī perinde eſſe mihi videtur,atq; ſi orbis hanc noſtram partem paulatim oculis mentis captā,paucorūq; hominum dolis ac cōmentis in fraudem captionemq; delapſam luculentā & prope capitalem, cœlitus quiſpiam legatus ſuſpiciente populo in integrū reſtitueret.Proinde quū ille doctiſſimorū quorundam ſuperiorū ętatū vel præſcripta excipiēs,vel exempla ſecutus,veritatē atq; innocentiā doctrinæ in publicū reducere poſtliminio auſpicaretur:cauſam vtiq; nō ſuā actitare,ſed popularē plaudendāq; actionē concipe-

re videbatur, aduersus istos veluti plagiarios, in quorum iniquũ imperiosumq; mancipiũ longa iam possessione dediderant sese multorũ sęculorum capita, natalibus iam olim restituta summa & sacrosancta manu, ingenuitateq; donata in perpetuũ. Queis quũ ipsis ex ęquo bonoq; viuere quasi suis legibus, ab initio rerũ recte atq; ordine constitutarũ datum esset: eoq; iure maiores aliquandiu melioribus orti sęculis vsi essent incorruptioribusq; auspiciis, degenerante subide (vt natura fere rerũ cõparatũ est) disciplina, in mores, ritus, scriptaq; instituta transierunt a primis illis sensim abhorrentia: quorũ diris minacibusq; sanctionib9 quasi vinculis in nexũ se abduci plurimę ætates passę, imperium tandẽ iniquum fastigiũq; inuidiosum in immẽsum auxere cõniuentia sua atq; confirmauere. Cuius impotentię iam intolerandæ cum vir ille alioquin (vt diximus) acer, & insuper incurrens in rem iam inclinatam, ac fatali fortasse vicissitudine impulsam: cum facem inuidiæ admouere egregie adortus esset, sanæ partis hominum tanto incepto punctum fere emerebatur. Siquidẽ fatali necessitate natum id esse facinus plæriq; autumabant ob dissolutam ętatis huius licentiam ac pręcipitem: quæ numeros ipsa sane iam omneis impleuit inclinationis rerum iãdiu orbi impendentis: quũ nihil cõminisci quisq̃ possit reliquũ quo magis frõs perfricari tum verticis rerum possit, tum summi atq; amplis

ſimi ordinis mortaliũ. Poſtea autẽ ſiniſtro quodã ge-
nio incohatã recte fabulam ſtantẽq; interturbare ag
greſſo, primo & ſecundo eius actui ſequẽtes abſoni
ita eſſe ac diſſentanei cœpere: vt qui nũc primordia
rei cũ progreſſu recognoſcunt: placidũ poetę priſti-
numq; animũ in iis q̃ ſubinde attexta ſunt deſidera-
re ſe dictitẽt. qui minus homini indulgẽt, ſatin ſanus
ſit rogitant qui aleã capitalẽ cum riſu (vt aiunt ipſi)
Sardonio iactitet? Ita quã gratiã vir doctiſſimus pri
mis orſis collegerat ab optimo quoq;, & ſimplicita-
tis ſtrenuę amãtiſſimo: eã vereor ipſam repẽte ne ef-
fuderit in iis q̃ ſuperioribus addidit acrius cõtendẽ-
do ore iã ac fronte nõ iiſdẽ: p̃ſertim cũ receptę aucto
ritatis ſcriptores aliquot refellẽdo ſuggillare nõ dubi
tarit, quos ſplẽdore nois atq; exiſtimationis ſuæ iam
adultę obrutũ ire operũ ſuoꝝ indicaturã fidẽq; ſuſpi
cabatur. id q̃d equidẽ nollẽ ab eo omnino factũ, qui
homini merito ingenii atq; eruditionis faueo. Verũ
ille fortaſſe rationem olim cõſilii ſui propoſitiq; vide
rit: quem ſic quoq; nunc viri graues nonnulli patro-
cinio ſuo fraudandũ eſſe non cenſent, licet in vniuer
ſum liti pro eo ſe offerre vereantur, ne male conſule-
re honori atq; exiſtimationi ſuę videantur ſi decretis
in totum ſubſcripſerint, quorũ aliquot capita appro
bari iis nõ poſſunt qui eius ſectę retinẽtes ſunt quæ
auſpiciis orthodoxę theorię philoſophat̃. ipſe non tã
plane ſtatui quid de homine pronũciẽ, q̃ pœnitenda

quędam eius placita non inficior homini qui errorũ longe lateq; vagantiũ profligationẽ aggressus erat. quam cum iamiam confecturus esset & probaturus conspirante optimi cuiusq; opinione, ecce tibi transuersus homo actus (vt est humana natura) fidẽ suã labefactauit, apud eos præcipue qui multa fortasse alienæ credere auctoritati, non item omnia possunt: nec tam pedibus in sententiã auctoris pręeũtis trãsire didicerunt, q̃ ipsi vicissim in tanto discrimine cẽsere, & qđ agitur expẽdere. Superi velim vt ꝓhibeãt ne vlterius homo pereruditus in animũ inducat capitali certamine vim suam suorumq; experiri hominumq; iudicium, cuiusmodiq; fatũ tam præceps cœptum maneat. Vale.

Nuper domum reuersus cogitare primũ cœpi de fide mea absoluenda: quã epistola tua cum obtestatione postulatrix, religione mihi quadã obstrinxisse videbatur. Vale rursus. Parisiis, Idibus Decembris.

Budęus Philecoo Sal.

VIx tandem compertū a Principe noſtro,& credi cœptū,cōſcientia atq; auſpiciis Imperatoris Germanię incurſionem in agrū Francicū eſſe factā, cōtra fœdus annis aliquot inuiolatum,id eſt quoad e re hoſtiū Frācici nominis fuit cōſiliis pacis acquieſcere, potius q̄ vaniloqs hominibus auſcultare rerū nouarū cupiētibus.Nā vt nūc ſunt mores publice comparati,nullā cōminiſci fœderis iciendi ſocietatiſq; coeundę formulā quiſq̄ pōt,tā aut ſanctā,aut lege ſacrata dirarūq; imprecatione obſtrictā,ne Stygię q̄dem paludis numine inuocato,Diis quoq; inferis infallibili:vt tenacius quodpiam ſit vinculū paciſcentiū vtilitate.cū honeſtas & religio priſcę ætatē iam & ſeniū ferre nequeāt: ne ius quidē ipſum gētiū,vnicū retinaculū pignusq; cōmercii mortaliū lingua & moribus diſcrepantiū: aſtringere iam fluxā fidem valeat: cautionūq; legitimarū & ſolenniū formulas tueri ſacroſanctas aut venerandas . Et quidem ſi ad normā veritatis & fide bona loqui hac etiā ætate fas eſt:nihil tā pſtrati honoris atq; exiſtimatiōis eſt, aut certe nihil tā obſoleuit:q̄ pietas & religio,eorūq; aſſecla iuſta & vndiq; integra,id eſt priſcæ exēplar innocētia . Quā nos in maioribus ipſam adorantes atq; beantes, neſcio quāobrem amplecti ac retinere nō poſſumus cū liceat & in promptu ſit: principatu vtiq; mentis e ſede rationis deiecto & ſummoto huius ſęculi impro

bitate,cuius disciplina subdola & adulterata sẽsus cõ
munis ꝑdite imbutus est sane fatali diraq; inclinatio
ne morũ.adeo q̃ maxime ordo qſq; aut genus quodq;
hominũ auctoritatẽ olim suã sanctitate & simplicita
te cõsulta fundauit,auxit,& stabiliuit:tã maxime nũc
in diuersum ac ꝑ diametrũ illis vt aiunt oppositũ in
stitutũ degenerauit,vt nõ iure,non ęquitate, nõ mo
deratione,nõ honestatis ꝓscriptis,non dictatis ratio
nis,mũdi vertices & ordinũ honorũq; apices iam re
gantur & placita sua tẽperent:sed licentia barbarica,
sed præcipiti arbitratu, omniq; nexu soluta libidine
magis q̃ voluntate.Quo fit vt iure sensim nostris mo
ribus cõstituto:sceleratissimũ quodq; facinus trabea
tum vtiq; & cothurnatũ videamus,tiara,causia, dia
demate insigne & iam pene prædicabile atq; cõme
morandũ.planipedẽ contra innocentiã virtutẽq; spe
ctemus,& quasi officinariam,squallidã,pannosam,&
opificem.quãq̃ si limatam iam innocentiã quærimus
& veritatem,non nisi annosam illã quidem & cario
sam inueniemus, atq; in monumentis conditam &
emortuã.Auctoritate aũt fidei iuriiurãdoq; abroga
ta publice vt videre est:priuata tãtũ sanctimonia iu
ra huiuscemodi constãt,quæ societatẽ ciuilem huma
namq; conuersationem tuentur & continent.Quę ve
ro ad mores constituendos pertinent : quæ ad iusti
tiam dispensatricem,& præsertim ad libripẽdis euã
gelici aut admensoris munia : deniq; rituales libri &

canonici tantis priſcorum laboribus euigilati: quid aliud nunc q̃ ſomnia eſſe videntur, aut mera commẽta atq; fabulamenta, ſi vitam huius ætatis ad eam normam exegerimus? Quid porro tam diſſentaneũ eſt aſpectu, tam abſurdum exiſtimatu: q̃ impuros & deſpuendos mores, aut perditam incuriam ſub perſonis iis præferri, quæ aut ſanctitatem aut reuerentiam, aut ſummæ dignatiõis venerationiſq;, & ſimul exactæ induſtriæ actus referunt & ſignificant? Etẽm quis riſum tenuiſſet olim, vel irriſum potius: ſi Satyros & Paniſcos in comitatu & pompa Eleuſiniorum vidiſſet? ſi Silenos abſtemiorum præſides & magiſtros? ſi Cereris ſacerdotes Floralium deſignatores? At hodie ne rictum quidem ducimus cũ aſotodiſcalos cernimus frugalitati præfectos. cum opſodædalos ieiunia indicẽtes. cum ſacras fiducias fideicõmiſſas autolycorum atq; interuerſorũ. nimirũ quia cũ antiquam diſciplinã præceptaq; teneamus in ſpeciem, e moribus tamen æqualibus nobis viuimus. & om̃ia fere in contrarium aguntur atq; declamitantur. Si foret in terris rideret Democritus iugi cachino vt opinor, cum homines quoſdam videret tam decenter & commode linea veſte donatos, aut galero purpureo: q̃ ſi textorem theriſtro & cauſia donaueris, vel meſſorem chimaſtro. Profecto mores eo vſq; atq; etiam porro impulſi: mihi minari ruinam quandam videntur, aut mundi inſignem tremendamq;

inclinationem. Verum vt ad id quod nunc agitur re-
deam: sero (vt opinor) sentire cœpimus iusiurandũ
& fidem viles hodie esse obsides, & fœderum pigno
ra haud idonea. Itaq; tametsi excutere torporẽ securi
tatis cœpimus: animusq; diu ꝑ incuriã euagatus re-
dierit facile in præcordia: pignora tamẽ nostra ab ho
ste anteuertẽti capta: luere (vt opinor) incolumia in
tegraq; vix poterimus, etiã si trepidationẽ tumultũq;
in eum iã reflexímus. Nec vt cladem illis longius la-
tiusq; si tempestas anni sinat: & in hostilẽ agrum pe-
nitus cælestes aues admittant: euestigio intulerimus
cessim protinus euntibus: simul fomenta pro re nata
oblęsis partibus admouerimus: ita cicatrix mox ob-
ducetur inustis vulneribus. Siquidem cũ hoste truci
a Vulcano (vt opinor) genus ducente nobis nego-
ciũ est: irę nõ modo sęuientis sed etiam flagrantis, vt
cuiq; exposito loco incurrit qua sacro qua profano:
qua sonti qua insonti. qui non tam ipse martiis spiri-
tibus percitus, q̃ Vulcani pręsentis illi semper dei fi-
ducia hoc bellum aggressus & exorsus esse mihi vi-
detur. nisi si luculentiora expeditionis suæ vesti-
gia pertinacioraq; relicturum se censuit: si inustam
memoriam relinqueret & feritatis indicem: non in-
cisam (vt cæteri solent bellatores) aut eminentem.
Verum hoc illis sane licuerit, quum patrium & so-
lenne sit Germaniæ igni iuxta ferroq; rem gerere. &
istos mores fortasse ꝑpediẽ literę humaniores & ele-

gantes,quibus nūc ea imprimis natio inclarescit, mā suetiores reddiderint & mitiores.cęterū hoc belli instituitū vereor (vt est fere docilis in deteriora æmulatio) ne cōtagio serpēs in ipsos auctores retorqueat: si nostrates armis animisq; præstantes igniario etiā succingi in animū inducāt,pariaq; cū illis factitanda iure belli censeant,a quibus vltro proditum hoc exēplum est.Quod vtinam ne eueniat,aut q̄ fieri poterit parcissime vsurpetur & verecunde:nec eatur libēter in excidiū penatiū innoxiorū: & ab hostili capite ira atq; indignatio vertat ad fortunas minus sontium,si elici ad manus possint illi: nec certamen legitimum martiūq; detrectarint.Nā huiuscemodi incendia extructiones manu factas momēto tēporis haurientia, quid aliud q̄ ominari videnť appetēs iā vniuersi exitiū cōflagratione mūdi oraculorum rapsodiis vaticiniorūq; cātatissima? At vero nefario facinore diroq; nō dubie ac plane portentoso, iidē ipsi hostes signa, manus, castra,auspicia deniq; sua (vt speramus) ad huius belli summā ptinētia:nup cōscelerare funestareq; sustinuerūt:exulstorū fortasse lariū pœnis acti atq; intēperiis. Albētini fuerūt in eorū finibus siti:homines acres & strenui,vt fere sunt eius cōfinii accolę. Quorū oppidū obiter oppugnatū,& impigre aliquā diu defensum:ab hoste ira vecordi instincto atq; extimulato,captū:direptū:cōscissum:laceratum:atq; impiatis iā alibi manibus contrucidatū, & ad extremū

